

*Antæ, tamenque cum Hercule, & Hesperidum hortis,
Virgilius ad Oceanum fuisse canit.*

Oceani finem juxta solemque cadentem
Ultimus **E**thiopum locus est, ubi maximus **A**tlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum,
Hic nibi **M**assyle gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templis custos.

Antiquissimus ultra Oceanum fuisse ait in Geographia.

Ἐσπερίδας δ' αἱς μῆλα πέρικι κλυτοῦ οὐκεανοῖο
Χρύσεα καλὰ μέλουσι, φέροντά τε δεῦρεα καρπόν.

*Hesperidesque quibus mala ultra inclitum Oceanum
Aurea pulchra curæ sunt, ferentesque arbores fructus.*

dix regionē sic dictam: Africæ Meditullium sive partem, quæ in Media sita est sterilem ait) que filphium producit, majori ex parte deserta, aspera & arenosa. Prior ergo sententia probabilior. Quanquam planta ab Alpino descrip- ta, quæ verum filphium est, culturam admittat. In incul- tis tamen, quanquam folia minora, minusque lœta, uti caulis, & flos, copiosiori tamen abundat succo, quem per- paucum in cultis habet. In desertis tamen non nascitur, sed locis, ut recte Strabo, deserto vicinis. Dixit quidem Theophrastus, laerpitium secundum quosdam τὸν ἵπατον πεύσαις, non propterea tamen in deserta & sterili ter- ra nasci affirmat. Deserta vel ἵπημος dicitur tellus, quæ plane sterilis & infecunda est, quæ ne gramen quidem producit. Malè igitur Plinius scribit, laerpitium in de- ferta fugere, si coleretur. Græcus auctor recedere à ter- ra dixit quæ paratur & colitur. Nam non tantum cul- tram terram odit filphium, sed & cultum omnem; hoc est non tantum culturam aspernatur, sed etiam in terra cul- ta & ad alias res aptata, nasci recusat. Hæc est quam συνηράσμινη & συνηρεγμένη ait Theophrastus. Tellus ἵπατον vel ἵπαζομένηa est quæ rastris aut vomere ver- satur. Silphium, ut sponte nascens planta, & in totum sylvestris, cultum omnem averfabatur, & culta loca, ut segetes, οὐδὲ δέσμιν δηλούσιν θεραπείας, αὐτὰς αὔξενος οὐσια. At si cultura accederet, non fugiebat in deserta, sed a culra & versata terra recedebat in pastu^s & hujusmodi loca sponte provenientium & nascientium herbarum fertilia sunt. Sed Ptolomæus pro Plinio stat. Nam in deserto τὸν ἀσκῆτα prorsus ponit. καὶ ιψῆς τόπου δὲ θεραπείας, καὶ οὐ πλα- φιφόρος. Ignoscendum hoc Ptolomæo, Τῶι σταθμοῖσι τὴν ἵπημον καὶ αὔξενην γῆν vindicavit, quod ejus temporibus pe- nitius periussit in Africa hæc planta, nec jam amplius co- gnosceretur.

Ezcla,] Plinius, Circa Hesperidum hortos, Syrtimq; maiorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est urbis nostræ anno 143. Vir summus corrigit 138. Frustra; nihil mutandum. Theophrastus Cyrenen conditam scribit μάλιστα τριηκοντα του. circiter trecentis annis, antequam magistratū gereret Simonides, qui imperium tenuit anno secundo Olympiadis decimæ septimæ & centesimæ. Hoc est anno V. C. quadragecentesimo quadragesimo tertio. Si trecentis annis exactè rotundis ante Simonidis magistratum fundatæ fuere Cyrenæ, extra omnem dubitationem poni debet, conditas fuisse Olympiadis secundæ & quadragesimæ anno altero. Tot enim anni à quadragesima secunda Olympiade, ad decimam septimam cum centesima cucurserunt. Nihil verius, quam Plinium intellexisse annos rotundè exactos, cum locum hunc Theophrasti interpretaretur; cum tamen Græcus auctor scriperit, μάλιστα τριηκοντα, hoc est, circiter trecentis. Tradit idem Plinius, anno urbis 440. Theophrastum historiam scripsisse. Oleam, inquit, Theophrastus è celeberrimis Græcorum auctorib. urbis Romæ anno circiter 440. negavit nisi infra 40. p. à mari nasci. Ergo à Cyrenis conditis ad tēpus illud quo hæc scribebat Theophrastus, anni sunt trecenti, tribus minus. Ideo enim μάλιστα τριηκοντα dixit. Sed in Simonidis ἀξόνῳ annum tot annos computat à Cyrenarum urbis fundatione. Sic rotundè fiunt anni trecenti. Scripsit autem hæc Theophrastus quando Prætor esset Simonides, non sub Nicodoro, cuius magistratus incidit in annum urbis 440. quo anno historiam suam Theophrastum scripsisse, docet Plinius.

Κεφαλὴν.] Præstat scribere κεφαλὴν. Græci librarii mōre suo scriperant κεφαλὴν. Ita enim vulgo loqui solent, ut μελάνη PRO μελάνῃ, hinc κεφαλὴν propagatum. Plinius loco citato, *Alii tradunt, laserpitii radicem fuisse majorem cubitali, tuberque in ea super terram.* Norat Clariss. Salmasius, scriptum in optimo Thuanæo, *Tubertique in ea supra terram.* An legendum, *Tuber edique in ea supra terram,* pro *tuberque edi.* An, quod magis placet; *Alii tradunt Laserpitii radicem fuisse majorem cubitali, tuberareque caput super terram.*

Ἐξ ἵνα φύεται, &c.] Plinius hunc locum sic reddidit, Alii tradunt laserpitiis radicem fuisse majorem cubitali, tamenque in ea super terram, hoc inciso prosternere solitum, succum cœu lactis supernato caule, quem magydarim vocarunt. Folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia à canis ore, Austrō flante; ex his laserpicium nasci. Aut Plinius hæc pessimè reddidit, aut Theophrasti codex corruptus. Hæc corrupta esse nemo sanus negavit, οὐ δέ φύεται, καλέσθαι οὐ γάλα. Totam periodum in hunc scribe sensum. Εἴ τοι θεμιτής ὀπίζεται, καλέσθαι γάλα (vel ιτάς δὲ τυρπάσσεις πεντέ εἰς γάλα) μετὰ τοῦτο οὐ (φύεται potest addi, vel omitti) καυλάς, οὐ δέ ποτε μηγόδεστο (alii ex Plinio, οὐ δέ ποτε οὐ φύεται τοῦ κουλφοῦ, καλεῖσθαι οὐ μηγόδεστο) τὸ κακολογέρον (alii καλέσ-

*Ων μὲν μαρτιδασαν, ἐκ τοῦ τεύθν τὸ κηλούνθμον φύλλον, τῇ γέροις γευ-
εοῦσις τοῦτο ἡ εἰρη σπιρρεια, δὲ ὅτι λαμπτεῖσι πινει τῷ κα-
τα Λαζαρίτητο, οὐδὲν οὐ φύεθαι τὸ σιλφιον. Id est, Alii radicem
filiphis cubitalem fieri tradunt, aut paulo majorem, hanc in
medio extuberare in capitulum, quod sublimē penitus extat,
ut in superficie telluris esse appareat, quo (i.e. οὐ, sub. κεφα-
λιον, id est, ex quo capitulo) inciso succus effluit ceu lactis,
vocantque lac. dein caulis nascitur, ex hoc magydaris, quod
phyllon, id est, folium vocant, quod colore aurū emulatur. Fo-
lium id semen est, quod cum Auster vehemens post caniculam
flaverit, discutitur, atque ita laserpitum nascitur.*

Καλλιθεαὶ γένια, &c.] Scripti εἰς οὐ, scilicet κεφαλού,
τυμφέται ὥπλιζεδα, καλλιθεαὶ γένια. Plinius hoc inciso, pro-
fluere solitum succum, ceu λατίς. Vides ita legisse Plinium?
Poterit, ut dixi, etiam scribi εἰς ης (scilicet κεφαλῆς) δὲ
θρησκίων γενν ὥπλις γένια. Prior magis arridet lectio, quod
propius ad vulgatam accedat. Vox θυμφέται librariorum ne-
gligentia deperdita. Facilis lapsus, ὥπλιζεδα in φύεδα.

Μετὸν δὲ τοῦ θεραπεύοντος καὶ λόγου, &c.] Scripsi, μὲν δὲ τοῦτο καὶ λόγον, εἰδὼς τούτου μεγάλων τὸ μέγιστον φύλλον τὴν γραμμήν καταστάθηκεν, τούτη δὲ εἶναι τοπεῖται. Plinius legit, μὲν δὲ τούτην καὶ τὸ καλούμενό φύλλον, καλεῖσθαι δὲ μαγγαρίνην, οὐδὲ τούτην καὶ τὸ καλούμενό φύλλον. Super natu-
to caule, quem magydarim vocarunt, folia aurea coloris pro-
semine fuisse. Rectius, super enato caule, quem &c. Caulem
vocari μαγγαρίνην ait. Cum ergo Græcus auctor magy-
darim ex caule nasci dicat, caulis non-est. Supra proba-
vimus, μαγγαρίνην esse τὸ φύλλον, semen ipsius silphium; quod
et hoc capite tradit Theophrastus. Galenus in gloss. ὅποι
καρπόν, σταφίδιον σπίρρει, ὅποι μέγιστον φύλλον εὑνέας καὶ μαγγαρίνης ἡστέ-
νιον, καλεῖται, id est, Opou carpon, silphii semen, quod ἐξ folium
singulariter, ἐξ magydaris à quibusdam vocatur. Dioscori-
des lib. I. Euporist. cap. 69. ὅποι φύλλον vocat. μορίας φύλλον,
καὶ ἡ πέτια, σταφίδιον, ὅποι φύλλον μὲν ἡστένων πηγή σύρχει. Mori folia ἐ^τ
radix, laserpitium ejusque semen cum bissope ἐξ siccū. Do-
ctissimorum virorum sententia hic variat. Alii vulgatam
laudent, ac ἐπέφυμον pro silphii accipiunt semen: aliī στα-
φίου ὅποις μετέ, &c. alii σταφίον, ὅποις φύλλον legunt, ut eodem
hoc lib. c. 18. ὅποι φύλλον, ἡ πηγὴ τερψιθῆ λαμβανόμενος, &c.
Laserpitii semen, aut ipse liquor in cibis sumptus. Ego nul-
lam harum rejicio, sed prefero vulgatam. Ὁπέφυλλον, vel
ὅποις φύλλον idem quod apud Galenum ὅποις καρπός. Τῇ
χροιᾳ λευκωτὸς, ex Plinio addidi, idque ex eodem hoc ca-
pite paulo infra, ubi extra ordinem. Quare hic adscri-
benda, illic delenda.

Ovidius &c. Restat, ut inquiramus utrum filii plantam repererint recentiores. Sunt qui imperatoriam, sunt qui angelicam filiphium esse scribunt. Utramque improbo opinionem; quod nec imperatoria, nec angelica caule ferat esui aptum, neutra folia ferat felino, id est, apio similia, neutra inciso caule ac radice lac emit-
tare, neutra radicem habeat nigro tectam cortice, altera quippe purpurascentem, altera foris minus quam intus fert candidam. Imperatoria quoque caulis multo minor ferulae. Idem de levisticō dixerim: sed huic folia apio similiora. Aliam plantam laserpitii nomine describunt Adversariū auctores. E regione Massilea, & non procul ab insulis, quas videtur vocasse Dioscorides Stoechades (quae tamen putantur hodie illae in regione Olbiae, à Massilea fermè diei navigatione,) inter multas raras nascitur ferulacea & visenda planta, cuius radix prægrandis, intus alba, foris cineretta, succo prægnans, mollis, pinguis, odorata, major quam thapsiae, aut ferulæ. Caulis proceritate & crassitie ferulæ æquat. Folia paludapii, sed crassiora, rigidiora, nigridiora, aliquando profundius lachiniata. Magnæ & prægrandes umbellæ ferulæ, aut latiores quam anethi; semen angelicæ foliacum, & colore buxeo. Hanc Iacobus Rainandus Massileensis pharmacopœus, stirpium, è valde cupidus & peritus, nobis misit: deinde attulit Monspelium quatuor ab hinc annis; quæ præceptoris eximii ingenii Rondeletio, vifa fuit laeterpitio aptius congruere, quam quævis alia ex multis, quas ille vidisset, ferulis. Minus exacte satis cum descriptione veterum convenit. Succum enim non fert lacteum, nec radicem habet corrice nigro tectam; caulis præterea diffimilis omnino ei, qui in antiquis Cyrenensium nummis conspicitur, &c. Meminit hujus nummi vetustissimus Aristophanis Scholiafestes, qui tradit, in nummis Cyrenensium, ipsos Cyrenenses insculptos ostendit filiphion, Battō offerentes. Falso id eum tradere, arguit vir summissus Iosephus Scaliger. Sed errant, cum eam Tretzes traditionē ait, cum sit Aristotelis. Ait enim Interpres; Βαττός Κυρηνίας ἐπονοὶ ιδουσι δε τοὺς Σφραγῖδας τῆς καὶ Κορτίου ιδουσι, οἱ πμύστης Λίστας ιχθυοτοι οὐ τοῦ τοῦ κατάλιπον τοῦ λαζαρίου τοῦ στήλων, Εἰ δὲ γομφίσκοι αὐτῶν ιχθυοτοι, τῇ μὲν βασιλείᾳ, τῇ δὲ στήλων τῷ διῆρχε τῆς πόλεως διέκειντο. οἱ Αριστελεῖς εὖ τῷ Κυρηναϊκῷ πολιτείᾳ. Battus à Thera iuxta

Cream insulam præfectus, Cyrenen condidit, cui cum Africæ beneficij memores summum honorem exhibera studerent, donarunt illi filphium herbam, olerum omnium pulcherrimam, simulque numisma ferientes, in cuius altera parte regia facies erat insculpta, altera filphium quo fuerat à civitate donatus; cuius rei meminit Aristoteles in Republica Cyrenæorum. Idem fermè Tretzes. Chiliad. 7. hist. 48.

Πολλὰς δέ εργεσίας δὲ ποιήσεις Κυρηναῖοις,
Ἐδήκηε δάρεον παρὸν αὐτῶν, Φυτὸν τὸ τε σιλφίου.
Λαχανον ἐτὸ σιλφίου, Συνέστιος μοι λέγει.
Πάντες Φυτὸν ἐλέγουσιν ὄπεινο πεφυκέναι,
Φυτὸν πολυτιμότερον, καὶ γε τῶν δυσευρέτων,
Οὐ κανλὸς ἀνέκειτο ναῷ τῷ τοῦ Πυθίου.
· Οπέρε καταμελούμενον, μᾶλλον κομῆτὴ γέλλει.
· Αν γεωργῆται, Φεύγει εἰ τὸ τόπον κατέλιθον χώραν.
Δύο δὲ εἰσὶ τὰ σιλφία. τὸ μὲρον σκοτεινῶν,
Τὸ δὲ πολυτιμότερον, ὅπεροι Κυρηναῖοι
Τῷ Βάτῃ φεροντεύγκαντο χάρην εὐεργεσίας.
Βάτης δὲ ανταμειβόμενος φεραίρεσιν τὸν τούτων
· Εν τῷ νομίσματι αὐτεῖχαρετε τυπώσεις,
Τοὺς Κυρηναῖους φέροντας τὸ σιλφίου ὄπεινω.

Multa autem beneficia cum fecisset Cyrenæis,
Habuit donum ab illis plantam silphii.
Olus autem silphium Synesius mibi dicit.
Omnes vero plantam dicunt illud fuisse,
Plantam multo pretiosissimā, & inventu difficillimam
Cujus & stipes suspensus est templo Apollinis.
Quæ neglecta magis coniat atque pullulat.
Si autem colatur, fugit locum & regionem.
Duo autem sunt silphia, alterum quidem ex vilioribus
Alterum vero pretiosissimum, quod Cyrenæi
Batto adulterunt, gratia beneficij,
Battus autem vices rependens, institutum horum
In numismate suo expresse insculptum,
Cyrenæos afferentes silphium illū.


Antiquus alter Aristophanis Scholia stes, non vult Cyrenaeis nummum ea effigie oblatum fuisse, sed statua, aut annulo eam figuram repræsentasse. οὐδὲ οἱ πολῖται οἱ Κυρηναῖοι ἀντιπόδεσσι τῆς θείας τοις βουλόμενοι χαριστεῖσθαι τῷ βασιλεῖ ἵστοντες εἰσῆραν. οὐ δὲ πηνεις, δικτύων, καὶ πηνεις αὐτῶν ἀσφίγεις τῷ βασιλεῖ τὸ σιλφίον. Incolae Cyrenenses pro beneficio accepto, Regi gratificare studentes, et fecerunt statuam, vel, ut quidam volunt, annulum, in quo ursa Cyrene Regi offert silphiū. Annuli hujus mentionem facit Suidas. Σιλφίῳ βάσιται πολιτική Θεοῦ, οὐδὲ μητέ αὐτῷ. Βάσιτο, οὐδὲ Αριστοτέλης, πόλις οὐδὲ λιβύης Κυρηναίου ἱκνεού. οὐδὲ Κυρηναῖοι βουλόμενοι αντιπόδεσσι τῆς θείας τοις βασιλεῖς, ἵστοντες αὐτοῖς λισσοῖς, οὐδὲ πόλις αὐτῷ ασφίγεις τῷ βασιλεῖ τὸ σιλφίον, οὐδὲ θύματα οὐδὲ αὐτοῖς, οὐδὲ καρπός, οὐδὲ κανδός (vulgo κλαδός) οὐδὲ ἐπὶ πολλής πομπῆς ἀγορα. Silphium herba magna aestimationis. Causa hæc; Battus, quib; Aristoteles, urbem in Lybia Cyrenen condidit; Syrenenses tale beneficium recompensare volentes, Regi annum folum fecerunt, in quo civitas offert Regi silphium, & ejus, folium: Semen, caulis, succusque, omnia magno in pretio. Sed probabilius, nummū fuisse. Nummi genus, in quo Battos silphium offertur, nunquam vidi, sed cui Iovis Hammonis effigies insculpta est, qualem describit Hesychius. Battos σιλφίον, πορφυρὰ ιτι της γατεῖσαλοντας πημάς εὑρέσθαινταν. μετεπίνικτον ἦ δέ τοι Κυρηναῖος οὐ τῷ Βασιλεῖδιν μετεδοῦντας ἴσταισθι τὸ σιλφίον, οὐ τεπικτοὺς πηρούντες. οὐδὲ οὐδὲ τοις σιλφιανοῖς, οἷον μὲν Αμμονα, ὅποις τοις σιλφίοις ισχυραφθάται. Idem Zenodotus, & Πομπούμητος ιτι μὲν θυτίζειν Αμμονα, ιτι δὲ θυτίζειν σιλφίον ιτιποτα. Numismatis altera parte Hammoneum, altera vero silphium expresserant. Tale numisma non unum vidi apud Ioachimum Wickefortium, virum Clarissimum, & exsculpi curavi. In altera facie Hammon corniger conspicitur, in altera, caulis laserpitii, cum floris rudimento, nimis umbella adhuc conclusa, antequam pandatur. Globosa enim illa congeries granorum, uix modo sibi connexorum, quæ in summo visfirt caule, non pro semine habenda est, sed pro umbella nondum expansa. Duplicia antiquissimis temporibus videntur excisa numismata: alterum in quo ab uno latere Battos conspiciebatur imago, ab altero Cyrenenses regnum & silphium Battos offerentes. Inde proverbium τὸ Βασίτο τοις, Aristophanes in Pluto,

०६८

Oὐδὲν αὐτὸν γέμει
Τὸν πλοῦτον αὐτὸν, οὐ τὸ βασίλευσιν φιού.
Νέκι μηδενὶ δονεῖται,
Ιψούμque Pluton, ipsu[m]que Battis filphium.

Post deletum Battiarum imperium, in suis nummis caulem filphii, & Hammonis effigiem insculperunt iudicem Cyrenenses. Hujusmodi nummū viderunt Zenodorus & Hesychius. Haec tenus de nummo. Edidit ante paucos annos, Laserpitiū nomine, plantam quandam ferulaceam, umbella nondum expansa, Prosper Alpinus, quam describit libr. 11. de plant. exotic. cap. 15. Eadem & nos vivam, flore expando addito, exhibemus & semen adjunximus. Folia illa, quæ Alpini addita figura, fert antequam in caulem grandescat. Plantam in horto medico, inquit Alpinus, alius, quam primo vidimus Patavii in horto Bembo vocato, quo tempore illiusce horti curam habebat Horatius Bembus, civis Patavinus, in herbarum studio apprime versatus; & postea in horto perillustrium Mufatorum, stirpibus rarioribus maximè conspicuo. In quo horto cum mense Iulio eam plantam conspexerimus, caule pro-

Laserpitium ex Alpino.



Nummus Cyrenaicus.



cero, longitudine trium cubitorum, recto, cavo, brachii crassitie, magnitudine, longitudineque ferulae cauli simili, quin etiam & eodem colore infecto, ita ut videretur in omnibus ei quam simillimus, & foliosus ab radice: foliaque solini foliis similia ferat, etiā folia angelicae sylvestris emulanta, etiam si majora essent, atque ipsius radicem brachiali crassitie, & longitudine præditam observavimus. Istiusceque plantæ caulis antequam in ipsa umbella eruperit brachialis crassitie est, atque in cacumine veluti conum habere viderimus, & tunc temporis magnitudine & figura caulem laserpiti, qui in antiquis Iovis Ammonis numismatibus impressus certatur, proorsus emulari videretur: ferreque hunc caulem in umbella semen latum, foliacum, & particulatum, ut de laserpitio expressit Theophrastus, quale est atriplicis hortensis postea viderimus, atque etiam quod laserpiti proprium esse videbatur per astatem, quo tempore casu eam plantam offendit, & caulis & radix copiosius lacteum succum odoratum fundere vidissimus, sponteque ex caule, ramis ac radice, copiosum emanaret (quod lac primum colore verè lacteo cernebatur, posteaque collectum & aliquandiu servatum colore

flavescet, & est odoratum alicuius excalfactionis non expers) Tunc quippe ex iis signis observatis eam plantam esse laserpitium Theophrasti, Dioscoridis & Plinii, facile animadvertisimus. Quod certè si Theophrasto, Dioscoridi, atque Plinio (qui soli ex veteribus laserpitiis plantam descripsierunt) credendum sit, à ratione non abhorrebit, ut omnibus persuadeatur, verum eam plantam esse laserpitium, neque immixto ita nos ipsam plantam nominasse: cum præsertim eorum veterum testimonio constet, olim laserpitium fuisse plantam ferulaceam, caulemque habuisse longitudine, & crassitie, ut ferula, in cuius cacumine producebatur semen latum & foliacum, qualis in hortensi atriplice (auctore Theophrasto) visitur, foliaque habuisse iidem apii foliis similia, & radicem crassam; ex qua & ex caule erumperet succus lacteus odoratus. Quæ singula, cum in nostra planta rectè animadvertantur, mirum haud erit, si nos ipsam plantam laserpitium vocaverimus. An vero Cyrenaicum sit, non audemus affirmare, at fortasse quod velin Syria, vel Armenia, vel Media olim nascebat. Nos in apertione horti Medici annis præteritis de hac planta discrysum amplissimum habuimus. Tota planta calida est, ut ex odore grato, & acri sapore conjiciatur: sed tamen non haec tenus experientia cognovimus, quos usus ad medicinam habeat. Singulis tribus annis caulescit, & semina producit; quib. maturefactis, planta emarcescit. Hanc plantam primo ex seminibus ex Thracia delatis nobis natam fuisse, quæ in solo Patavino libenter vivit, & in sole & in umbra, &c. Haec tenus Alpinus. Nata & nobis haec planta.

Laserpitium ad vivum delineatum ex horto nostro cum flore.



Cum primum e semine pullulat, folia fert selino sativo similia; majora tamen, & viridiora, multoq; magis splendentia, non secus ac si vernice vulgo dicta fricata essent. Deinde folia paulatim fiunt majora, formamque selini majoris acquirunt, sed in acutum definunt, ad instar livistici, admodum viridia & splendentia. Tertio anno caulem emittrit magnitudine bicubitali, rarius tricubitali, ferulae crassitie, aut paulo crassiore. In summo umbella flosculis luteolis referta; quibus succedit foliacum semen, aureo dilutiore colore præditum. Utramque figuram & Alpini, & in horto nostro nati, differentiae ergo, exprimi curay. Succum copiosum lacteum, si æstas ferridior fuerit, fert; sin vero tepidior, paucum. Hyemem, etiam inclemensissimam tulit, sed, ut Alpinus observavit, ubi semen tulit, perit.

On

Laserpitium ad vivum delineatum ex horto nostro ante florem.



"Οπφασι διη, &c.] Scribe, ἐν φασι διη ὁρτίτειν. Ad hæc quod pastinandum id annuarium censem.

Τὸ δὲ φύλλον τὴν γένος λαζαρίτην εἶναι.] Hæc delenda, supra quo dixi loco reponenda. Non agit hoc loco de facie, sed viribus plantæ.

Καπτημονόδιας εἰς ὄζους.] Recte doctiss. Gaza, Καπτημονόδιας εἰς ὄζο.

"Επιστολὴ δὲ καὶ τὸ καρποῦ, &c.] Corruptus codex. Nemo non videt legendum επιστολὴ δὲ καὶ τὸ μὲν καρποῦ. Prior enim opinio, purgari pecus filphio dicit: ergo, si contraria altera, addenda particula μὲν, id est, non purgari pecus filphio. Plinius loco citato. Ex his laserpitium nasci solitum, anno spatio, & radice & caule consumentibus sese, hoc & circumfodi solitum prodidere, nec purgari pecora, sed agra sanari, aut protinus mori, quod in paucis accidere. Persico filphio prior opinio congruit. Non prior, sed posterior opinio Persico convenit filphio. Priorem sententiam convenire Libyco sive Cyrenaico, satis aperte scribit Theophrastus. Persicum vocat Medicum & Armeniacum, quod Media, Armeniaque sub Persarum sit potestate. Scribit Arrianus in Expeditione Alexandri libr. 3. Caucasum montem filphio scatere, eoque pecudes libenter vesci. Αλλὰ ἵνα τούτῳ τῷ Καυκάσῳ αὐδίν αἴλος ὅπι μὲν τέρματοι περύγιοι, καὶ σιλφῖοι, αἱ λίχαι Αρετίουν δέ, αλλὰ νῦν αἱ επικαίστη πολλοῖς αἴραποι, καὶ ωφέλαι πολλά θεοτήτων σιλφῖον αἱ θεοῖς, καὶ δι' αὐτῶν, Ε τό, τε αὐτῆς ἱππομεταξ, καὶ τοῦ μὲν ζευς αὐτού τοῦ Ε πεντέλει, ἵππος δὲ τοῦ Κυνηγοῦ αἱ μεγαλύτεραι αἴραποιν τὰς ποίμνας τῶν καρχίων, ἵππος καὶ αὐτῆς τοι σιλφῖον φύεται. οἱ δὲ σιλφῖοι φύονται τὸν καρχίην, Ε μηδὲ τοι πολλοῖς αὐτοῖς τα ωφέλαι, δυνατα γένοις, εἰσι παρελθεῖν. ὅπι πολλοῖς αἴλοις Κυνηγαῖος τὸ σιλφῖον. At in hoc caucaso nihil praeter terebinthum & filphium nascitur, ut auctor est Aristobulus, & nihilominus multos incolas habet, multaque in eo pecudes, atque armenta pascuntur, quod pecudes filphium ament: & si ex longinquo loco id per odoratum senserint, citatim eo feruntur, depastoque flore radicē etiam sufficiunt atque arrodunt: eamque ob causam Cyrenei greges ovium quam longissimè ab iis locis arcant, quib. filphium nascitur, alii sepem obducunt, ne, si pecudes proprius accedant, ad interiora loca penetrare possint. Magno enim apud Cyreneos in pretio est filphiū. Hæc non adversantur Theophrasto. Nihil enim impedit, purgari primum eo pecus, deinde ab eodem pinguefcere, & à pecore vehementer expeti. Errant ergo, qui ad deserta regeant filphium. Aliud est in cultis gaudere, aliud deserta petere. In in cultis

plurimæ & nobilissimæ prōveniunt plantæ, in desertis perpaucæ. in desertis non pinguefcunt oves, contra in in cultis. Docet hoc Velavia. Cæterum si verum Arrianus narrat, fabulosum erit, quod tradit Plinius; silphii nullam plantam apud Cyrenen extitisse, ac sua ætate prorsus deperditum. Arrianus recentior Plinio. Sub Adriano enim vixit, sub Vespasiano Plinio. Sed fieri potest, novas plantas crevisse è lemme deciduo; non sit verisimile, ne unam quidem remansisse plantam. Sed putarim Plinii codicem corruptum. Vulgo legitur, *Multis jam annis in ea terra non invenitur*. Scribe, *multis jam annis ex ea terra non invenitur*, scilicet Romam, & tunc rectè inferetur, quoniam Publicani, qui pascua conducunt, majus lucrum sentientes, depopulant pecorum pabulo. Ut sensus sit, Plinii ætate Publicanos majus lucrum facete, si greges laserpitiū depascere permetterent, quam si succum exprimentes, pharmacopolis ipsum venderent: quod cum Arrianus hæc scribebat, securi evenit. Fuit igitur in causa, cur Laserpitio Romæ laboraretur, publicanorum avaritia, qui pecudes in agros eo refertos immittebant, ut illi saturarentur. Similem fermè causam dat Galenus, cur junci odorati non advehentur flores. *A camelis depasci ait: quod an verum, quis inquiret?*

"Ομεῖος αἴρεσθαι, &c.] Verte, depasci vero à pecore non solum hoc, sed etiam alterum quoddam abrotano simile ajunt. Quod si paulo plenius illam descripsisset, jam conjicere liceret, qualis, & quæ esset planta.

"Η δὲ καρπούν μαγδαρίς, τερψίης ή σιλφίου, &c. Deest vox. Scribe, τερψίης ή σιλφίου γένος. Plinius loco citato. Alterum genus est, quod magydaris vocatur, tenerius & minus vehemens, sine succo, quod circa Syriam nascitur, non proveniens in Cyrenaica regione. Gignitur & in Parnasso monte copiosus, quibusdam laserpitium vocantibus: per quæ omnia adulteratur res saluberrima utilissimæque auctoritas. Meminit & hujus Dioscorides loco citato. Λιαρτας δὲ καὶ ιτιας μαγδαρίς γενουμένης τοι Λεύη, μέρη παρεμβολαί σιλφίου, η θεοὶ παρκύα, ορμαί, έ καρποί, έ θεοὶ παρεμβολαί ποιοι δὲ αυτα τοι σιλφίου. Sed & altera fertur magydaris in Libya nasci, radix laserpitio similis, at minus crassa, acris vero ac fungosa, nullaque prægnans succo: ejusdem tamen cum laserpitio facultatis. Ad hunc Dioscoridis locum hæc viri magni; Ea ipsa est quam describit Theophrastus, & in Syria & Parnasso plurimum provenire tradit. Fallitur Dioscorides qui vult, in Libya nasci. Ex nomine natus error. Nam magydarim in Cyrenaico filphio id vocabant, quod erat semen. Dioscorides radicem ita quosdam vocasse notat. Hinc & μαγδαρίνην radicem in Libya nascentem, laserpitio similem dixit. Atqui magydaris illa, quæ diversa à laserpitio planta est, licet similis, in Syria nascebatur. hoc Syriacum Laserpitium. Nam & magydarim illam quidam appellabant filphium. Theophrastus, "Ειναι δὲ σιλφίου τοῦτο καρπός. Perperam igitur Dioscorides τὸ σιλφίου Συριακόν, & τοι μαγδαρίνην facit diversa. Hactenus viri summi. Negat quidem Theophrastus, in Cyrenaensi agro provenire; sed inde non sequitur, in Libya non nasci. Non negat Dioscorides, in Syria reperi, nec ait in Cyrenaico tractu magydarim crescere. Facile fieri potest, & in Libya, & in Syria hanc generari, non sunt ista contradictoria, nec opposita. Nisi apud Oribasium εἰ Λεύη legeretur, illud Λεύην in Συρίᾳ mutarem. Sed nunc sic Dioecoridem scripsisse constat. Cæterum, retic Theodorum Gazam pro μαρτιρού μαραθώνεων scripsisse, ex Plinio probatur, Tenerius, inquit, & minus vehemens. Verte. Tenerius enim, minusque est vehemens, lasereque, id est succo, caret. Expertis vero vel ipso affectu & figura plane vix noscitur. Malè iμπιροις, Aldinus codex pro iμπιροις. Quæ planta magydarin referat, non satis constat. An magydaris sit, quam adversariorum auctores pro laserpitio descripsierunt? an vero levisticum? An magydaris & filphion eadem sit planta, sed pro cœli solique ratione diversa, minusque acris ac vehemens, & sine succo? Qui levisticum magydarin statuunt non multum à vero recedere videntur. Difficile affirmare, quæ planta magydaris. Quod passim levisticum quasi liguticum vocatur, processos ac genicularatos habet caules, pluresque ab una radice, interius inanes, in ramulos nonnullos subinde divisos. Folia apii palustris majora, laciniosa, ac veluti in plures dissecta partes, eademque marginibus incisa, laevia admodum & resplendentia, ex luteocolore, veluti & ipsi caules virent. Flores in umbellis ferulaceis lutei; semen oblongum, striatum, foliaceum, geminum, folidi coloris. Grandis, crassa, odore gravisculo, torosa, ac carnosa radix, foris fusca ac nigricans, intus alba. Tota stirps grata ac acroma redolente odore prædicta est, sed semen graveolentius; æstate floret; semen autumno maturum, non raro mense Augusto. Primo vere nova erumpunt germina.

Eee

germina; amat loca pinguis & nonnihil humentia. Apud Belgas horrens est, & labag dicitur. Magydarin esse nec afferimus, nec negamus. Plures equidem notas habet, quibus eam resert. Et haec de magydari, filphioque.

Φυλλάκανθος, &c. 1. Vide quæ supra cap. 1. hujus libri diximus. Φυλλάκηνθος Theodorus spinosum, spinosè foliatum reddidit, auctorem habens Plinium. Hic lib. 21. cap. 15. In totum spina est asparagus & scorpio. nullum enim folium habet. Quædam spinosa, foliata sunt, ut carduus, eringium. Πάντες τοιούτοις ἔχοντες φύλλα exposuit, quod juxta aculeum folium gerit. Plinius, loco citato. Aliqua & secundum spinam habent folia, ut tribulus & ononis; cum φυλλάκανθα dicantur, quæ spinosum habent folium, & ταῦτα τοιούτα ἔχοντες φύλλα, quæ folium etiam habent, præter spinam minimè spinosum. Nam vox, τοῦτο ibi, ut voluit Plinius, non est secundum vel juxta, sed præter; Nam quæ in folio non habent spinam, sed in caule, ea planè sunt, quæ τοῦτα τοιούτα ἔχοντες φύλλα vocat Philosophus, quæ non mere φυλλάκανθα sunt: nec φυλλάκανθα, sunt, ut vult vir summus, quæ spinis foliata sunt, quæ spinam scilicet habent pro folio, sed quæ foliū habent spinis præditū. Theophrastus cap. 1. hujus libri. Ταῦτα γέ & ταῦτα πικάντια τοῖς φύλλαις ἔχοντα, διὸ καὶ φυλλάκανθα καλέται. Hæc & similia in foliis aculeum gerunt, quare phyllacantha vocantur. Quæ vero tantum spinas pro foliis habent, αὐτῶντας αὐτόδιus idem vocat. Ταῦτα αὐτῶντα εἰσὶ αἴγαδει, καρδίας, αἴραχτη, & οὐδὲποτε τοῦ ἔχοντος φύλλων αὐτῶν τοῦτα τοιούτα. Alia in totum aculei sunt, ceu aspharagus & scorpio, hec enim nullum, præter aculeum, folium gerunt. Inter phyllacantha recenset eryngium, carthamus. Neminem latet hæc spinis prædita folia habere, neutiquam spinas pro foliis gerere, uti asparagus sylvestris, & quam scorpionem vulgo vocant.

“Ωπτιρ ὅτε φλίως, &c.] In altero Aldino codice, “Ωπτιρ ὅτε
φλίως, ἐ τετράσολο. η ἐ γένη παρελ. Uturg; codex corruptus.
Scribe, ἐ τετρά σι τετρά θητη τηθη τηθη ακαδητης ἔχοντος φύλλων,
ἄσπιτο δ φίων, ο ἐ τετράσολος ἔπειρος ἐ γένη παρελ, οιον ἔχει τὸ μὲν, &c.
Atque tertium illud addendum quod præter aculeum folium
gerit, ut pheos, tribulus autē capparis, peculiare nimirum
obtinent. Hanc correctionem ex cap. 5. hujus libri probo.
ubi stoebes, vel pheos folium carnosum, ait, caulemque
habere spinis præditum. Eodem loco & tribulum alterum
& capparim, folia & caulem ferre spinis armatum.

Ασπαράγος. Scribe, *Ασφαράγος.* Galenus libr. 16. sim-
plic. *Αγνώστων δὲ οὐδὲ Φ' λέγουσιν αὐτόφαράγον* Athenienses per
φρb scribunt aspharagum. Idem Suidas, οὐτε μία οὐτὶ Αθη-
ναῖοι οὐδὲ Φ' τὸν λίγον αὐτοφερόντον, οὐτὶ πολλοὶ μὴ αὐτούσιν τὸ οὐδὲ
Φ' π' λέγουσιν. Sic enim Attici cum aspiratione per φ effe-
runt. cui reliqui sine aspiratione per p' pronunciarit. Athenaeus
lib. 2. Κρατῖνος οὐδὲ Φ' Φ' αὐτόφαράγον διεμάχει καὶ Θεόπομπος.
— *Αντιφάραν* οὐδὲ Φ' π' φοῖται αὐτόφαράγον. Cratinus cum lit-
tera ph aspharagum nominat, itemque Theopompus An-
tiphanes cum littera φ' asparagum protulit. Quid sit αὐ-
τόφαράγον Galenus libr. 2. de Aliment. facult. cap. 58.
docet. Εἰπεν οὐδὲ Φ' φ' λέγουσιν θέλοντες, εἴπεν οὐδὲ Φ' π' τὸν δευτέρου σπλα-
λαβόντων αὐτόφαράγον, καθάπερ ἀπάντες, οὐ τοῦ αὐτοφερτού σκοποῦ.
οὐδὲ δῆ τοις Αττικοῖς εἴη τὸ φανερὸν αὐτοφερόντον, οὐδὲ τοῖς οὐχιανεγε-
γέλουσιν αὐτόφαράγον ταῦτα, καὶ οὐτε δή τοι Πλατανός, μητὶ γράμμα-
ται, οὐτε τὸν επίσημον, καλούσιτον οὐδὲ τοῦ Εδέντων φύλον ἀπέντων,
τοὺς απαλοὺς καυλούς. οὐταν αὐτοφερτον αὐτὸς τὸ Φ' καρποῦτε καὶ
σπιραγον οὐκούσιον αὐτοφερέον οὐδὲ Φ' π', τὸν δύναμιν αὐτοῦ ε-
ργούμενον, ιπταμένοντος όπως ἀν οὐρανού θέλουσιν οἱ γραμματοι, πολλὰ
μὲν οὐδὲ τὸ λαχάνωντε καὶ οὖλος τῶν φυτῶν, γεννᾶται πτυχεῖον οὐκλαστή-
ματα ταῦτα, πάντα δὲ τοῦ ειδικουσον αὐτά, καὶ οὐδὲ τοῦτο τὸν
συγκριτέοντον οὐ λογοθεῖται, &c. *Vtrum syllaba secunda nomi-
nis asparagi per ph sit pronuncianda, an per p (ut omnes nunc
proferunt) disquirere nunc non est propositum.* Hæc enim scri-
bitus iis, quibus sanitatem est tueri propositum, non sermo-
nis Attici affectatoribus; qui sane in eo videntur, neque Pla-
tonis scripta, neque ipsius mentem intelligere. Cum igitur
Græci propemodum omnes, teneros caules, quo tempore ad se-
minis & fructuum productionem augescunt, asparagos per p;
appellant, ipsorum facultatē exponemus, iis, qui ipsi uti-
tur, quo libet nomine appellare permittentes. Multa sane o-
lera, & in summa plantæ multæ, suæ natura bujusmodi
germina producent quidem, non omnia tamen manduntur.
Ob eam causam (ut in aliis ante facimus) de usitatoriis
verba faciemus. Est ergo asparagus, quod primum in lu-
cem prodit oleris germen, priusquam in folia explicetur,
sive recentissimus turio qui edendus est, ut lactucæ, lupu-
li, betæ, omnia etiam germina, & recentes cauliniculi τῶν
γενεῶν asparagi dicuntur. Galenus lib. 2. de aliment. fa-
culty. cap. 59. ubi asparagos κατέχονται sic dictos, cum as-
paragis fruticum aliarumque plantarum recenset. *Ἐπεφ-
εδετος αὐτοφερτον ἵππος Ιαπεναθον φυτον γεγονόδρον, οὐκαναρπό-
της, καὶ καρπαθοφυτον, καὶ οὐνάκαρποντον τούτων ἐπεφεδετος ηπειρον οὐ μὲν βασι-*

λαγκός, οὐ διὰ λίτην ἀνομαλόμεθα. ἀσπερ γέ τε τῆς βρυοντος ἔτερος, τὸν
δὲ πάντας εἰσὶν οὐδεμιαχοῖτες, καὶ διουρηπιγι, καὶ βρεφοῦ τὸ τεφύλων
ἴχοντες. εἰ μὴ τοι ποθεῖται παλαιὸς διεπιστότης, τεφύλωντεστοι τοιούτοις
τοῖς λαχάνοις αὐτοπαρέχοι, εἰσὶν σῶν δὲ ἐπειγόντες. οὐδεὶς δέ τις εἰς
τοὺς τε τῶν θέματων, ηγίτης τῶν διερῶν βλάστησιν, τούτον αἰκελόντις ταῦτα
τοῖς. οὐδὲ ἐνλοδίστερος, ταῦτα διέρχεται, διὸ τοι ἡρτέος ἴσθεντος ὑπάρχει
τοῦτον ἰδια. Capite sequente. Οἱ βλαστοὶ τῶν διερῶν ταῦτα θέματα,
παλαιότεροι ἵκουσι τοῖς ἐπι τῶν λαχάνων αὐτοπαρέχοντες. εὐθλεστήματα
γάρ εἰσιν κακοῖς τοῖς καρποῖς γενιστιν ἴζεμοντες τοῦ φυτοῦ. Μέγα φί-
γουσι τοῦ τοῦ διερῶν μὲν τὸ σελεχοῦσ αἵτινας, αὐταλογοῦσι τοῦ
χορτοῦ τοῦ κατὰ τα λαχανῶν τε ἐποώδη καλεῖται, τον δὲ ἐπι τοῦ τοῦ καλαὸν
πιπετοῖς εἶναι. Aliud autem asparagorum genus est, quod in
plantis fruticosis provenit, oxymyctine, chamaedaphne, Εἰ οξ-
yacantha. Ab iis præterea ali sunt diversi, quorum aliis re-
giis, aliis palustris nominantur, quemadmodum Εἰ aliis est
bryonia ab iis diversus. Omnes autem stomachum juvant, u-
rinasque carent, Εἰ parum nutriunt. Si tamen ii bellè con-
ficiantur, tanto firmius alunt quam olerum asparagi, quo ipse
sunt sicciores. Porro arborum Εἰ fruticum germina inter se
quodammodo sunt similia, non tamen omnino eadem: arborum
enim germina sunt lignosiora. proinde quoq; de ipsis seorsum
deinceps est dicendum. Capite sequente. Arborum Εἰ fruti-
cum germina olerum asparagi proportione respondent. Sunt
enim hæc quoque productiones quedam, cum planta ipsa fru-
titum parat producere. In eo tamen differunt, quod arborum
quidem stipes (qui cauli oleraceorum Εἰ herbaceorum propor-
tione respödet) perpetuo manet: in illis est autē annuus. Qua-
tuor ergo genera asparagi nomine donata: quorum illud
primū, quod omnia olerū germina, aut caules tenerimos
sub se continet; qui primum ē planta ad flores, seminaq;
procreanda, aut fructus sustentandos emituntur, talesq;
sunt qui cocti, crudique eslī aptè accommodari possunt;
veluti in brassica, lactuca, malva, blito, beta, similibusq;
accidit oleribus. Secundum, omnia sub se germina, aut
recentes caulinos τοῦ θέματος fruticum complectitur; qui
dum primum erumpunt ac teneri sunt, eslī apti sunt. Ter-
tium genus addamus, quod in quibusdam plantis que in
τειοκαλοῖ sunt, neque inter olera, aut domestica, aut sylve-
tria, neque inter frutices communerantur, provenit;
Suntque tenerima illorum germina, aut caulinii, ante-
quam flores vel fructus protulerint; albè enim vitis bryo-
niæ dictæ, & vitis nigræ viticulæ asparagi nomine à veteri-
bus in cibos assuebantur; ut & teneri hippofelini, & el-
ephoboscii caules; nostra etiā ætas lupuli asparago gau-
det. Plantæ hæc, neque olera sunt, neq; caulem annosior-
rem proferunt, & tamen illarum partes tenerimæ dum
erumpunt, pro asparagis ad mensas veniunt; improprie-
tamen asparagi vocantur. Propriè autem asparagus dicitur
de quo nobis hoc capite sermo, & hunc dividit Galen-
nus, & κατ' ἑρόχλων asparagum vocat. Arborum, fruticumve
εὐλαβητικῶν hodie asparagi nomine non recensentur. Ασ-
φάργη Εἰ vel ἀσφάργης, ut vult Phavorinus, quasi ἀσπυρος
dicitur. Ασπιάργη Εἰ εἰ τοῦ αἰκεντοῦ Φυόδρυον περιχόν. κυρτόν δὲ
ἐπι τοῦ ἀριστοῦ λίχεται. ή γοῦν ἀσπιάργη Εἰ μὴ σπιρόγραφος aspara-
gus. asperum quod ex spinis nascitur, propriè de montano dicitur asparagus, quasi asparatus, id est non satus, qui satu non
provenit. Fallitur Grammaticus, nec primum rudimentum
asparagi κατ' ἑρόχλων sic dicti, nec quod ex spinosis nascitur
plantis asperū est, sed tenerū & molle. An scripsit βεργύ
respectu caulis brevis, & nisi cito decerpatur in caulem
assurgit. Apud Suidam, ex quo, ut & Hesychio, suum com-
posuit lexicon Phavorinus, legitur ἀσφάργη Εἰ. Φάργη, σι-
μαχος. λέγεται δὲ τοῦ αἰκεντοῦ δέπονος βλάστησι. An ergo pro
τεραχόν, βλάστησι scribendum, vel βεργύ; Sed cur εἰ τοῦ αι-
κεντοῦ scribit? Quod asparagus, quoru veteres mentionem
faciunt, spinosi erant; culturā quippe non noverunt. Cul-
tus diligens si accedit, spinosissima etiam planta, tempori-
ris tractu, ferocitatem deponit, nec pristinam pungendi
vim retinet; non tamen spinas in totū perdit, nisi tempo-
re longissimo, puta centum aut ducentū, milleve annorum
spatio. Asparagus quasi non satum dictum vult; non
quod planta satione non proveniat, sed quod gulæ illud
blandimentum, statim à satione non emitat, nec ad eden-
dum aptum sit, ante tertium quartumve à satione an-
num. Accedit quod asparagus satus non æquè, ac non
satū præstans sit. Athenæus libr. 2. ὁ δὲ καθάδισι οὐ επιλογή-
ται, πάνταν ὄντα τοῦ κότος θεατον πιγι. οὐ δὲ σπαργί καὶ σφό-
δεα ωτορρειαὶ θεατον. Præstantissimi Εἰ ad omnes in-
terancorū morbos efficaces non seruntur, qui vero sa-
tu proveniunt, crescunt eximia quadam magnitudine.
Aliud etymon excogitavit doctiss. Romanorum Varro
libr. de lingua Lat. 4. Asparagi quod ex asperis virgulti
nascuntur, Εἰ ipsi scapi asperi sunt, non leves: nisi Graecum
illuc enim quoque dicitur ασπερος. Cæterum postremum
illud verius, prius vero ingeniosius, & rectè improbatum

ab Adversariorum Auctoribus. Tenellæ & primum à satione erumpentes holetaceorum germinationes, asparagi dicebantur, quia ἀσπάραγος Græcè sero, & ασπάραγος satio dicitur. Proinde potius quispiam conjectet alparagos è Græco Latinis deductos, pace multisca Varonis, quam quia ex alperis virgultis nascuntur. Malunt alij ἀσφαράγη, dici, ceu ἄσπιν φάρυγχος. hoc est gutturus fastidium, quod parit dentibus accommodatum semen. Diocorides lib. 2. cap. 152. Κεῖ ὁδοντογύνη σὲ, καρπωμένην Φάρυγχον τὸ πονεῦν ὅδεντον ποιεῖ σὲ τὸ μέτρον, καὶ τὸ σώμα πινόρρον. Sic & dolore dentium infestatis, si modo decoctum superaffetto dente contineatur. semen quoque potum ad eadem valet. Melius, ἀσφαράγη ἡ ασπάραγος φάρυγχος, quod grato suo sapore & humore satiet, & asperitates gutturus leniat. Non displicebit fortassis, si fingamus nomen indictum ἀσφαράγη, ἡ φαραγγος, quod contredicentes ac salutantes manus findat, spinisque fusa lēdat. Antiqui enim non alium, quam spinosum novere aspharagum. Ideo nec Phavorini etymon rejici meretur. Doctissimus Gaza corrudam vertit. (vel ut alij legunt, corudam) Rectè: nam præter sylvestrem, nullum novit Theophrastus. Plinius lib. 20. c. 10. Sylvestrem asparagum, aliqui corrudam, aliqui libycum vocant, Attici Orminum. Corudam vocatum fuisse libr. 19. etiam tradit cap. 8. Indicavimus & corudam. Hunc enim intelligo sylvestrem asparagum, quem Græci orminum aut myacanthon vocant, alijsve nominibus. Non omnes corrudam sylvestrem vocarunt. Immo sativo hoc nomē tribui ait, qui de re rustica optimè meruit Columella lib. 11. cap. 3. Sativi asparagi, quam corudam rustici vocant, semina fere biennio preparantur. Ita codex Parisiis apud Robertum Stephaniū impressus, ita Coloniae apud Ioannem Gymnicum excusus. Vera & legitima antiquissimi codicis, cuius sāpē mentionem fecimus, lectio, Sativi asparagi, & quam corrudam rustici vocant, semina fere biennio preparantur. Rectè ergo Plinius sylvestrem corrudam vocari tradit. Sed corruda non est asparagus sylvestris, verū aliud quid ab asparago diversum. Cato. cap. 6. Ibiique corrudam servito, unde asparagi fiant. nam convenit arundinetum cum coruda, eo quia foditur, & incenditur, & umbram per tempus habet. Columella in hortulo.

Prodit, & asparagi corruda simillima filo.

Non possum quin explodam antiquissimi interpretis Columellæ commentum ad hos versus.

Et scilla, birsuta sepes, nunc horrida rusco.
Prodit, & asparagi corruda simillima filo.

Antiquus codex.

Et scyla tarsi sepe nunc horrida rusco
Prodit, & asparagi corruda simillima filo.

Ruscus, inquit, est, ubi includitur semen asparagi, asparagus semper crescit in thyrsum, ideo dicit tarsi rusco. Corruda genus est asparagi. Corrupta, depravataque lectio virum optimum fecellit. Nec asparagus in thyrsum surgit, nec fert. Quid thyrsus sit, alibi dixi. nec ruscus est in quo asparagi includitur semen, sed sparsa planta, sepius non incepta, nec unquam sic Columella scriptis. Nemo scyam pro scyllam dixit, & ultima in sepe brevis.

Ovidius.

Sepe pater dixit studium quid inutile tentas?

Inutiles addidit notas interpres ille antiquus, nec rusticæ rei studium intellexit, & hortorum curam ignoravit. Asparagi corrudam dixit Cato, quod corruda planta sit, asparagus primum germen, galæ blandimentum. Corruda quasi corrada, quod spinis horridis pungat, vulneret, lēdat. vel à corrudo; eruo, quod ubi adoleverit, facile corruat ac decidat. Prius magis placet. Libycum vocari ait; quod unde habeat ignoro. Nec apud Auctuarii Auctorem, nec apud Apulejum, qui nomina plantarum quam diligentissimè collegerunt, legere est, asparagum Libycum vocabulum fuisse: sic nec Diocorides, nec Theophrastus, nec Græcorum quisquam nuncupatum scribit. Unus Athenaeus. Εἰ Λίβην δὲ φασι, εὐ Γατινολία γένος πακχός μὲν Κυπρίου καλόμενον, μήκος δὲ πεδόν, δάδηγον. εὐ δὲ τῷ δέσμῳ τῷ παρακατατοῦντο, παχός μὲν μεράλων ναρθίκων, μήκος δὲ τῷ τούτῳ εἴσοι πίχεις. In Libyæ Getulia, in istar arundinis Cypræ fama est crassescere, assurgereque ad cubitos circiter xx. at in montosis & viciis Oceano locis ejus regionis, ad fernæ magnæ crassitudinem augescere, & xx. cubitorum proceritatem. Magni certè asparagi, quales non fert orbis Christianus. At ideo Libycū asparagum dixit Plinius, quod in Libya maximi generentur, maximisque idcirco Libycos vocavit Attici, inquit, idem Orminum vocant. Antiquus codex horminium. Apud Hesychium, ερμηνος legitur. ερμηνος, οὐμη καρχηνος, ερμηνος θετηνος.

οὐλας, καὶ δὲ τῆς καρμηνος τὸ τοῖνον καρχηνος, δι' οὗ τὸ αὐτόν αὐτοῦ εργαζον, ἀλλοι πάντες τὸ επικεκαυλημένον. Ormenos est nomen proprium & urbs Thessalie, brassicæque interior conceptus, nonnulli sylvestrem asparagū sic vocant, alijs primū germen antequam prorumpat caulis folijs expanduntur. Iulus. Pollux lib. 6. cap. 9. non sylvestrem, sed sativum asparagū vocari scribit ormenum. Ασφαράγης ὁ ἀκαδίας, ερμηνεις ημιεργος ασφαράγης, καὶ πᾶν δὲ τὸ ἵπτειλαντος, εἰς επικεκαυληνος παλεον, ὄρμενος αὐτομαζος. Vertunt; Aspharagus spinosus, ormenus sativus asparagus, & omne efflorescens quod cauleū vocant, illi ormenum vocarunt. Idem lib. 1. cap. 12. ασφαράγης. ασφαράγης μήδη το εἰκασίας λίχατα. ορμηνος οἱ ημιεργος οἱ δέπο της παθμησιον παλεον. Interpretantur, aspharagus, aspharagus vero acanthus vocatur. Est & hortensis asparagus hortenos, à crame vocatus. Multa hic consideranda. Primum ασφαράγης & ασφαράγης geminato γ legitur. Notat Doctiss. W. Seberus in P. N. ασφαράγης & ασφαράγης simplici γ scribi, sed in priore voce supra γ positum κ quod A. in ipso contextu habet, sic scribens, ασφαράγης ασπασιανος, Scribe, ut in P. N. habetur, ασφαράγης ασφαράγης, Reliqua corrupta. Domesticum ormenum vocari ait; Plinius, & Hesychius sylvestrem sic vocari tradunt. Nihil hic M. S. codices juvare possunt. omnes vulgatam habent distinctionem. Pluris est Hesychii & Pliniī auctoritas, quam MSS. interpunctio. Puncta, coīmata, cæteræque distinctiones, facillimè nulloque negotio transponuntur, nihilq; facilius, quam mala distinctione in exscribendo peccare. Scribo ac distinguo, ασφαράγης ὁ ἀκαδίας ὄρμενος. ημιεργος ασφαράγης. πᾶν δὲ τὸ ἵπτειλαντος, εἰπε επικεκαυληνος παλεον, ὄρμενος αὐτομαζος. Aspharagus spinosus ormenos. sativus asparagus. Omne autem quod florescens sive caulinulos emittens vocant, ormenum appellant. Sic locus ille interpretandus. Mox rationes dabo. Altero loco lege ασφαράγης. ασφαράγης μήδη το εἰκασίας λίχατα ορμηνος. ημιεργος ασφαράγης, &c. Aspharagus, aspharagis spinosus quidem hortenos dicitur, sativus asparagus. Sic si distinguamus, & legamus, nulla diffensio inter Pollucem, Hesychium, & Pliniū. Quæ sequuntur sana non videntur. Ο δέπο τη καρχηνος παλεον. Absunt à M. S. S. Sylburgius legit pro παλεον, παλεον. Sed nec sic sensus satius bonus. Scribo, ασφαράγης. ασφαράγης ὁ ακαδίας λίχατα. ημιεργος δὲ ασφαράγης. ορμηνος δὲ δέπο της καρχηνος, πᾶν τὸ επικεκαυληνον, Aspharagus asparagis sylvestris dicitur, sativus asparagus, ormenos quicquid in caulinulos erumpit, ducto nomine à Brassica. cuius cyma, id primū germen, ormenos dicitur. Hanc lectionem ipse Pollux lib. 6. probat. Brassicæ cymam ορμηνος vocari, docet Athenaeus lib. 2. ubi etiam brassicæ asparagum ormenum dici tradit. Διφilos δὲ φυτον, δὲ της καρχηνος ασφαράγης λεγάμδρος ιδεις ορμηνος. — Απλιγι δὲ εισις οἱ λεπτοτες, ορμηνος το δέπο της καρχηνος εἰπειληπται. Σοφοκλης Ιχιδατης. Καζοριδης κακοις παπολαζεται βλαστην. ωδη το εἰσοργειαν ε βλασταιν. Vertunt & emendant. Diphilos scribit, aspharagus Brassicæ, quem hormenon peculiariter vocant — Attici hormenū vocant Brassicæ cum defloruerit cymam. Sophocles in venatoribus? caulinulos emitit, nec unquam cessat germinare. Sic autem dicitur, ωδη το ορμηνος εις τη βλασταιν, id est, quod ad germinationem obnixē properet. Hæc emendatio planè à vero aliena est. Nam ορμηνος non deducitur ab ορμηνος, propero, sed ab ορμηνος, accumulo, moveo, atollo, concito, excito. Inde ορμηνος, & ex eo ορμηνος, καὶ ουσιοληνης ανάδοσις ή τονον, vel per syncopen ab ορμηνος. Alii δὲ τη ορμηνος derivant; corruso, quod facile ubi adolevit, corruat. Malunt alij ωδη το ορμηνος quia Venerem excitet, αφερδιστην εισι. Plinius loco citato. Veneris causa aquas eorum deflant bibi jubent ad heminas. Ad idem & semen valet cum anetho, ternis utrumque obolis. Facile fieri potest, nomen accepisse, vel quod Venerem excitet, vel quod facile corrut, vel quod ad germinationem obnixē properet. Nam utrum ορμηνος aspirat, an ορμηνος, sine spiritu scripsit Plinius, non satis constat. Athenæum tamen, non scripsisse, ut viri magni emendant, ex Eustathio probatur, qui vulgariter defendit lectionē ωδη το εἰσοργειαν ε βλασταιν, quod erumpat & germinet. Sic enim Iliados M scribit. Ορμηνος ει δὲ της καρχηνος ασφαράγης ωδη. Απλιγι δὲ τη ορμηνος κακοις βλασταιν, ηγουν δέπο της καρχηνος εἰπειληπται. ορμηνος εισοργειαν ε βλαστην. Σοφοκλης. καζοριδης κακοις παπολαζεται βλαστην. πιπιται ον ουσιοληνης βλαστην ηγει, αιδα δη εισι ορμηνος εις αιδηνος, καὶ της εισοργειανης φυτη. Videlicet è brassicæ novæ. Ormenos est, & brassicæ aspharagus, quod semper erumpat & germinet, quasi floribus semper ornatus. unde εισοργειαν ε βλαστην, περβασι sum. Sophocles. Multiloquus est, nec cessat germinare, id est, loqui. gerrire enim non definit, sed semper, ut planta succo turgentes, nova premunt germinare, nova verba producunt. Doctissimi viri iελαδηται vertunt, cum defloruerit cyma. Brassica quando deflout, Eee 2 quid

quid boni aut grati saporis ferat, ignoro. Certe ἐξαρτήσιον non potest ex verti deflorescere, & accipi pro αὐτῷ, nec ἐκεντήσιον pro caule marcescente. Est, inquit, & contraria significationis, ut Pollux indicat libr. 6. Dicitur enim ἐκεντήσιον quorum caules marcescent. Idem, Domesticus vero asparagus, ὁ ἀσπάραγος simpliciter vocatur, (quo nomine tamen propriè vocatur brassicæ cyma, id est, caulis) & ὄφρυς ἡ Πόλλος à Polluce 2. lib. τὸ ἐξαρτήσιον νῦν βλαστίσειν. Eodem tamen auctore, omne, quod caulem amisit atque defloruit, ὄφρυς appellatur, id est, ἡ τοπεῖσθαι μέρος νῦν εκεντήσιον. Unde exoluisse, καὶ τὸ ἐξαρτήσιον γειδεῖ dicitur, ἔφρυντος. & ὄφρυς τὸ λαχάνων αἷς ἡ Φρύνη. Plantarum germinandum in folia explicata. Hæc, ut dixi, planè videntur absonta. ἐξαρτήσιον & εκεντήσιον Athenæo, Eustathio, Polluci est erumpere, & foras prodire, impellente germinandi vi. Rectè cauliniclos, quos asparagos videamus vere pleno ἐκεντήσιον dicuntur. Brassicæ asparagus κύμη, quasi κύμη, dicitur, idem & ὄφρυς. Sed de Brassica alibi. Malè ergo viri magni ἐλαῦσθαι vertunt, cum deflouerit cyma. Nam κύμη, seu cyma, est ipse asparagus, horio, cauliniculus qui vere pleno pullular, & asparagus dicitur, antequam in folia explicetur. Asparagus, ut unde digressi sumus reverteramur, corruda Latinis dicitur, Græcis ormenos. Lib. 19. cap. 8. Iudicavimus & corrudam, hunc enim intelligo sylvestrem asparagum, quem Græci ormenum aut myacanthon vocant, aliisve nominibus. Dioscorides libr. 2. cap. 52. Ασπάραγος πτερούς (Marc. ἀγρεός) λιβ. μαραχίον ψελοῦσι, γνάθους. Asparagus in petrosis natus, quem myacanthum vocant, vulgaris est notitiae; pro λιβ. μαραχίον. Aldus, & οὐ μαραχίον γνωστός, &c. Plinius μαραχίον legit. Galenus lib. 6. Simpl. μαραχίον. ἀσπάραγος πτερούς, οὐ μαραχίον. Muāraudos est spina, quæ præter spinam folium alterum habet. Vide cap. sequens. Sed eo loco, ut dicam, non πτερούς, sed μαραχίον legi debet. Muāraudo vel μαραχίον dicitur, vel quod tenues spissasque adeo spinas habent, ut mures etiam parvos facile arceat, aut immunes à puncturis eos non admittat, vel μαραχίον dicta quasi pīkeς ἄκεται, parva spina, quoniā veluti ἵππος & βοῦς in compositione rei magnitudinem notant. Ita μὲν animalium, parvitatem ac tenuitatem significare potest; Muāraudos ergo, muris spina, id est, parva & minuta dictus est hac ratione asparagus. Mūos vocari tradit Auctuarii Auctor, οὐ δέ μῆνας γνῶσσιν. Marcellus ὄφρυς restituit. Περισσοῦ dicitur, quod in petris saxisque nascatur. Hæc de nominibus. Theophrastus unum tantum asparagi genus novit. Duo an unum describat Dioscorides, mox videbimus. Duo Galenus observavit lib. 2. de aliment. facult. τοῦ τούτου ἴντες μήδ' θεοφράστης, οὐδὲ ίλεος ἰνομαζόρος. Columella asparagum alium sativum, alium domesticum esse docet, Plinius alterum præter sativum & sylvestre genus memorat, medium scilicet. Est & aliud genus incultius asparago, mitius corruda, passim in montibus nascentes. Recentior ætas plura observavit genera. Quæ de singulis generib. auctores jam memorati tradunt, ea examinanda jam sunt. Theophrastum sylvestrem delineare, extra omnem controversiam est, τὰ μὲν ἀπόδις εἰτίν ἀκεντα, καὶ τὰ δὲ ἀπόργητος νῦν ακόρητος. οὐδὲ γένεσις ἔχουσα φύσις αὐτὸς τοῦτο ἀκεντα, quæ Plinius sic vertit. lib. 21. cap. 15. In totum spina est asparagus & scorpio; nullum enim folium habent. Asparagus ergo Theophrasti sylvestris est. Quem Dioscorides πτερούς, & μαραχίον, Athenæus ὄφρυς, Plinius, & Columella, corrudam, Attici, ὄφρυς vocant. quod nomen in quibusdam Gallæ locis hodie etiamnum audit. Avenionenses enim corrupta voce hozurioco nim vocant. Hoc genus, Theophrastus ait post autumni æquinoctium florere, simileque esse scorpioni plantæ aculeatae sic dicte. Utraq; spinosa, neutra folia fert est, sed pro foliis spinas; in quibus differunt, ut idem docet. Sed corruptus codex. Οὐδὲ γένεσις, inquit, ὁ ακόρητος εἰτίν συρκήδεις τὸ ἐξαρτήσιον, τὸ τοῦτο τὸ ἀκεντα τῆς ἀργίδης ξενοῖ τὸ ἀργίδης. Ald. Bas. codex. τὸ τοπεῖσθαι τοῦτο τὸ ἀργίδης τῆς ἀργίδης. Scribe, τὸ ἐποιεῦσθαι τοῦτο τὸ ἀκεντα τῆς ἀργίδης. Potest etiam legi, τὸ ἐξαρτήσιον τοῦτο τὸ ἀκεντα τῆς ἀργίδης. Id est, Scorpio enim florem in carne extuberante, sub extremo oculi profert, initio candidum, postea leviter accedentem ad purpuram. Sequitur, οὐδὲ αἱ φάραγες εἰπίν τοῦτο τὸ τῆς ἀργίδης καρπῶδες μικροί. Καὶ τούτον δέ ισι αἱρεσινεγον. Et hæc corruptissima. Scribe, οὐδὲ αἱ φάραγες εἰπίν τοῦτο τὸ τῆς ἀργίδης καρπῶδες μικροί. ιμ τούτῳ τε ξενοῖ τὸ ἀργίδης μικροί. Interpretantur, Corruda proper aculeos pusillum quandam producit petiolum, ex quo flosculus tandem ipse erumpit. Verte, Asparagus juxta aculeos exiguum fastigium quoddam producit, in quo florem habet parvum. Malè τοῦτο vertunt proper. Non proper aculeos, sed juxta vel præter aculeos fastigium gerit. Karpoides perfime petiolum vertunt. Karpin virga clavæ similis, capitata, fastigium

giata. *Koρνιάδης* ergo fastigium clavæ simile est. Plinium secutus sum, & fastigium verto. Sic enim ille lib. 19. c. 8. Est enim plurimæ radicis, altissimeque germinat, viret thyrso primum emicante, qui caulem educens, tempore ipso fastigiatus in toros striatur. *Koρνιάδης* ergo thyrsus in acutum fastigium definens. Sequitur, ἐπόστος μωρόποιος Εὐθρυπίζον καὶ βαθύποιος. Hæc corrupta esse, quilibet satis judicare potest. Dele ergo βαθύποιος, vel scribe οὐγύρης. Radicem habet singularem, brevem, rectam. Postremum magis placet, quod aspharagus τολμέρης, πολύρης & βαθύρης. radice constat flexuosa, multa, & alta. Αναβασίαι δὲ οκαλὸς εἰς τὴν ασφαργίαν οὐκέτι. Vertunt, Exit caulis de corrugatione vere. Quid corrugatio sit, me ignorare fateor barbarum est. *Ασπαραγία*, asparagi plantarium sive planaria est, ut Latinis rosaria, violaria, aut planta ipsa cum suo cespite & sylva. Sic χωνία libr. 4. hist. cap. 13. pro juncti planta cum suo cespite sumitur. Caulis hic, qui vere novo è radice surgit, initio mollis est, ciboque idoneus, asparagum κατέκολον vocant. ἐδὲ ἀγνῶστος εἰς τὸν μόνον διάδοτον τοῦ αὐτοῦ περγα. Scribe, οὐδὲ αἴσθοις εἰς τὸν μόνον μόνον τοῦ αὐτοῦ περγα. Flos ex ipso folium, non ex prioribus emergit. οὐ γὰρ ἵπποκαλώντι. Sed omnis asparagus hyeme caules amittit. Scribe ergo, τοῦτο γάρ ἵπποκαλώντι. Hic enim annuo constat caule. A Theophrasto ad Dioscoridem venio: hic asparagum sylvestrem, sive corrudam à Theophrasto delineatam cognitam fatis ait, spinosi illius generis, quod corrudam & μαύρας vocant cortice, sponsæ olim, teste Plutarcho, libello de præceptis sponsalibus coronabantur, rationem addit. *Ἐν Βοετίᾳ τὸν* σύμφυον καπαλύφαντες, ασφαργανίαν τε Φανούσσιν. οὐδέποτε εἰς τὸν μόνον εἰς ταχυτερὸν αὐτοῖς θυμεφόρον τὸν μόνον φυτόν μήτε δισχεδίωντα τὸν ασφότιον καλεσπότηρα οὐδὲ αὐτῆς, ηὔπεργον οὐ γλυκιαν παρέχειν ουμέων. In Bocotia sponsam velantes asparago coronant; hæc enim planta dulcissimum ex aspererrima spina fructum edit, & sponsa non fugienti aut aspernanti, quod primo in suavem se & difficilem ipsa præbet, mansuetam ac dulcem vitæ sociam se præbet. Aliud genus describit eodem capite. *Ἐνοι οὐδὲ ισογενεῖς οὐτε ιερεῖς τοις κελούχοις συντάχειται καθεύδειν, φύει* ασφάρκυος (verus addit κηπιός) οἷοι δὲ αὐτοῖς γονοί. Οὐ μόνοι τοις ασπάραγος οὐτοις, θάμνοις οὐδὲ πολύκλαδοι, φύλλα ίχνον ποδάρι, μαραρι, οὔσια μαραριταί εἰσια σρογύλια, μιζάλη, ιχνουσι κανδύλια. Asparagum quoque alitatem nasci prodidere nonnulli, si quis arietis cornua confusa defoderit: quod tamen mibi probabile non est. Altilis autem hic asparagus, frutex est ramosus, foliis numerosis, longis, sæniculo proximus: radice rotunda, grandi, tuberculum habente. Quaritur, utrū hæc spuria, an legitima verba Dioscoridis sint. Non omnibus eadem sententia. Nonnulli capitis partem posteriorem mendosam scribunt, & in totum redundare contendunt. Nam quicquid ultra vanam illam historiam à Dioscoride reprobata de cornibus arietinis legitur, à quodam plantarum ignaro, tanquam glossema additum est, quod postea ab indoctori in textus ipsius verum sensum latum est. Et hanc quidem sententiam his probant rationibus. I. Quod non consuevit Dioscorides describere notas plantas; notam autem esse μυάνγην, in ipso statim principio testatus est. II. Quod eadem repetit in hac secunda parte, quæ in prima dixerat; quod ad immemorem scriptorem pertinet. Neque valer ratio illa, quod de sativo loquatur, non autem de sylvestri noto; cum ille qui scripsiter dicat, οὐδέ τι ασπάραγος οὔτος. Qua voce infert, se de superiori loqui atque intelligere, id est, sylvestri. Præterea si agrestis, quia notus erat, non descriptus est, multo minus fuit cultus describendus, cum domestica sint semper notiora ipsis agrestibus. III. Quod antiquus interpres, qui Latinum Dioscoridem fecit, hæc minimè vidit, nec in Dioscoride vetustioris Latinitatis reperiantur. IV. Quod Serapio (addo Oribafum) qui fideliter admodum omnia desumpsit ex Dioscoride, nullam posterioris illius partis, cum tamen superiorē descripsiter, mentionem fecit. V. Quod Rhasis qui ult. Lib. continen omnia ex Dioscoride referens, totam istam partem tanquam notam prætermisit. VI. Quod Avicenna, ubi facultates medicamentorum plurimas ex Dioscoride recenseret, nullam in asparago ex iis, quæ continentur in ultima parte, quam dicunt illegitimum, annotat; veluti quod delirium sedet, quod articulos luxatos juvet, quodque infœcundos, ac steriles homines reddat. Ex quibus colligunt, nullos Arabes, vetustioresque interpres habuisse hanc partem pro legitima dicti capitatis, parte. Quod & ratione comprobare possunt: quoniā cum dixisset, πάντες σπραγουσίας οὐ δυσανέστας, vix interposito uno aut altero versu, addit, οὐ πάντες ισχυροί οὐ σπραγουσίας. Que repetitio ut indecora, sic Dioscoridi indigna. Idem convinci turpissimum, illud mendacium, quod sc. infœcundas ac steriles

steriles mulieres reddat asparagus; cum satis aperte confiter, montanum asparagum, & palustrem, aut utrumque cultum, & sylvestrem, veneficam hanc vim minimè habere, neque ullum asparagi genus, etiam impropriè dictum, id faciat. Atque haec sunt argumenta, quibus spuria esse quæ in altera capituli parte habentur, viri docti probant. Nunc contraria videamus. *Oī μίν τη ἀσπάραγος οὐτός.* Viri magni quæ sequuntur ad capituli usque calcem, non redundare, & à quodam additum glossema, & perperam in Dioscoridis contextum irrepisse suspicantur: quia fortassis *κυπαρισσίου* seu *κυπαρισσοῦ* vocem, quæ in vetustis codicibus proximè præcedere compertitur, haudquaquam animadverterant. Sed spretis, ceu haud ita firmis, quibus illi inituntur argumentis, existimo priore capituli parte de asparago sylvestri, tanquam præstantiore & efficaciore, autorem egisse: hanc vero posteriorem sativo tribuisse, & hujus fruticum describere, ceu illo minus notum, quandoquidem quas sylvestres fecerat natura corrudas (verba sunt Plinii, libr. 20. cap. 10.) ut quisque demeteret passim, non ita pridem fortassis altiles spectari cœperant. Certè nobis priora argumenta majoris ponderis videntur, quam ut folvi facile possint. Si legitima forent, nunquam Oribasius, nunquam Serapio, nunquam Rhæses neglexissent in suos transferre codices. Ineptissimum & pland absurdum, & præter veritatē hoc, *ἀειπλάστητον* & *διατέλειαν* αὐτῆς πινόμενον, ποτὲ ἀτέλειον ή ἄρρων. Cæterum amuleti ratione alligata radix, itemque haustum ipsius decoctum, partum impedit, sterilitatemque induunt. Non disputabo utrum, *ἄρρων* legi debeat. quippe *ἄρρων* *ἄρρων* significat, spem partus adimere, partum prohibere, sterilitatem facere. Atocium Plinio est medicamentum omne, quod sterilitatem inducit, & vim concipiendi adjuvat. *ἄρρων* vero sterilis, quæque nondum perperit. Fermè ergo idem & *ἄρρων*, & *ἄρρων* *ἄρρων* denotat. Neutrum præstat asparagus. Contrarium docet experientia, obseruavit Simeon, *καὶ τετραγύρτης τῇ γῆς, καὶ τετραγύρτης τοῦ λαζαρίου εἰς αἴγαιον τρίποντας, &c.* *Ἐ* ad semen genitale adiungit, celerius quam cetera olera in sanguinem transeunt, *Ἐ* mutantur. Addit Avicenna, coitum eos adjuvare, & conferre difficultati imprægnationis. Plinius quoque aperte locis citatis Venerem promovere docet, ideoque, ut supra dixi, nonnulli *ἔργα* dici asparagum contendunt, *λόγος* quod Venerem excitet. Dioscoridi ergo indigna est sententia, quæ tradit sterilitatem inducere asparagum. Explodus Chrysippus, qui, ut Plinius libr. 20. cap. 10, tradit, *Sic* *Ἐ* *hydropicis contrarium esse, quamvis urinam moveat, docet: item Venerem: vesicæ quoque nisi decoctum, quæ aqua si canibus detur occidit eos, &c.* Antiquus codex habet, *vesicæ quoque nisi coctum aqua: si canibus detur, occidit eos.* Quæ nobis lectio priori vulgaræ præferenda videtur. Nunc singula quæ Dioscorides scribit examinemus. Ait igitur, ex aliorum sententia, nasci asparagum hortensem, si quis arietum cornua contusa defoderit. Idem apud Plinium legere est. lib. 19. cap. 7. *Invenio, nasci* *Ἐ* *arietis cornibus tufis ac defossis.* Quod & Cassianus Bassus libr. 12. cap. 18. docet. *εἰ δὲ βούλεις εἰσασθεντος πολιούχου, καλῶν ἀγείρων κισσαῖς εἰς λεπτὸν κύρφος βάλλεται τὰς περιστάλις, ποτὶ ἀρδετός πινή φασι τοῦ θεραπεύοντος,* ὅπερ εἰ δὲ λόγιον καλῶν κισσαῖς τετραγύρτης, καὶ καταθετὴν οἵτινας αἰσθανόμενον. *Si* verbis asparagum multum provenire, arietum sylvestrium cornua tenuissimè contusa sulcis committito, *Ἐ* rigato. quidam magis præter opinionem tradunt, quod si integra arietum cornua, non in tenues partes tusa *Ἐ* secta, perforentr *Ἐ* pangantur, asparagum producent. Indagandum, utrum asparagus ille, quem Dioscorides, sive alias quis, quisquis ille fuerit, describit, sit sativus, quo vulgo utimur. Ait auctor hic, asparagum πολύκλαδον ramosum esse. Asparagus vulgaris ramulos dici non potest. Sed vox πολύκλαδος *Ἐ* *pius multicaulis*, significat; & talis est asparagus. Folia, inquit, fert longa, multa, faniculo similia. Vulgatus asparagus folia fert mollia, copiosa quidem, sed exigua *Ἐ* capillamenti instar tenuia, alioquin faniculo non dissimilia. An ergo pro *μακρῷ*, *μακρῷ* restituendum, &c. Radicem inquit habere rotundam, grandem, tuberculum habentem. Vulgaris asparagus numerosis nititur radicibus, longis, terebibus. Neutquam *φρεσόλας*, ac tuberculum habentibus. Ex hisce nemo non concludet, non esse asparagum, vulgatum, quem Dioscorides, vel quisquis ille fuerit, delineavit. Alii Columellæ asparagum sativum & vulgarem nostrum eundem esse volunt. At cum ille spinosus sit, nosfero spinis careat, horum sententiam probare nequeo. Columella lib. 11. cap. 3. de sativo asparago. Cæterum stylus, qui novissimè autumnali tempore nascitur, non omnis est tollendus; sed aliqua pars ejus in semen summittenda est. Deinde cum spinam fecerit, collectis seminibus ipsius, scorpio-

nes ita uti sunt, in suo loco perirendi sunt, & deinde sub omnibus consarrendi, herbaque eximenda, mox vel sterlus, vel cinis injiciendus, ut tota hyeme succus ejus manans ad radicem perveniat, &c. Scorpionei, inquit, ita ut sunt, in suo loco perirendi sunt. Scorpiones hoc loco sunt virgæ spinosæ; scorpiones enim & lœcpios veteres acceperunt, pro genere tormenti, ut sunt rubi arculeati, vel flagellum virgarum, vel scutica habens in summitate glandes plumbeas. Plinius libr. 7. cap. 56. Piseum venabula, & in tormentis scorpionem Cretas; catapultem Syros; Phœnicias balistam & fundam, inventisse dicunt. Scorpio ergo est asparagi ramus spinosus, quo in tormentis utebantur. alparagus ergo Columellæ spinosus. Cæterum asparagi illud genus quod Columella latum vocat, licet cum vulgaris non satis conveniat, duriusque sit, tamen cultu, aeratione nonnihil mitigatum crediderim; non tamen eandem mollitatem habuisse, quam habet vulgaris noster. Hic enim temporis tractu, & cultoris arte ac diligentia, spinas omnes, spinosumque omne depositit. Sed doctiores verisimilius existimant, vulgatum è palustri provenisse; Immo reperiuntur, qui palustrem veterum *λατον* dictam afferunt. Hujus mentionem facit Galenus libr. 1. de aliment. facult. Meminit & lib. 9. *τίτον* cap. 1. aliisque locis. Prescribit & *πειτιος* *λατον*, palustrem asparagum lib. 6. cap. 10. Sed pro *λατον*, corruptè *λατον* legitur. Τὰ δὲ δριμύτεροι αἱ φάρμακα ποτὲ δύοισι, εἰσὶν ἡλιός, αἰαράρχης, πτεροσέλινος, καὶ τὸ δρυοῖς. Scribe οἶος *λατον*, αἰαράρχης, πτεροσέλινος, καὶ τὸ δρυοῖς. Acriora vero aliquando danda sunt pharmacia loco, velut est asparagus palustris, petroselinum & similia. Hunc coluisse antiquiores ex Casiano Basso probatur, qui libr. 3. cap. 12. In δὲ τῷ αἰαράρχῃ τῷ λατον (scribe, λατον) τὸν κρήτην. insuper autem & asparagum palustrem, nunc (mense Octobri) purgare oportet. Hunc asparagum & vulgarem diversum esse ex Martialis carmine probatur.

*Mollis in æquorea quæ crevit spina Ravenna;
Non erit in cultis gratiior asparagus.*

Spinosus ergo palustris asparagus, spinis caret vulgaris. Spinolum satis aperte innuit Poëta. Molles spinas respetu sylvestris & montani dixit, nisi placeat spinam vocasse Poëtam, quod reliqui omnes asparagi spinosi, ideoque & hinc spinam dixisse, & ut à cæteris aculeatis distinguueret, mollis epitheton addidisse. Vulgarem asparagum veteribus incognitum fuisse, Simeon Sethi docet. Ασπαράγος. τὸ τοιοῦτον εἶδε τοῦ λαζανίου, ἵνα ποτέ μόνον εἰ πικρό τὸν λαζανίουν ἐλασσοφίων ἀποτελεσθεῖ. τούτον δὲ μεταχρηστεῖται καὶ τὸ θεῖον τοιούτον καὶ τοῦτο πικρόν τὸν λαζανίουν τεττεῖ. Εἰ δὲ τὸ λαζανίουν απάντων τοφιμώτερον, οὐ εἴ τε εἴτε τῶν φυτῶν πήρεν σὸν μεταχρηστόν (Scribe, μεταχρηστόν) τοῦ λαζανίου καὶ κεῖνον οὐδείς, ἐπειδὴ τὸν αὐτόχθονα ὄντα ποτέ τεττεῖ. Asparagus, quem nos asparagum vocamus: hoc genus olearis non fuit hic antea cognitum, sed ita tantum qui dicuntur elæodaphni, amari asparagi. Nunc vero proveniunt sub vernum tempus, & à plerisque dignoscuntur. Est autem olerum omnium asparagus, qui maximè nutrit, ita ut si quis dicat, ejus substantia naturam positam esse medium inter olera & carnes, non multum à vero devius erit. Sativus asparagus caules emittit primo vere teneros, longos, teretes, virides, glabros, & sine foliis, ab uno cespite plures, qui paulatim, nisi rescindatur, in altitudinem assurgunt, fiuntque bicubitales, aut altiores, crassi, duri, rotundi in multis diffusi ramos, qui foliolis conveстиuntur mollibus, virentibus, copiosis quidem, sed exiguis, & capillamenti instar tenuibus, cum foeniculo quandam similitudinem habentibus. Flosculis secundum ramulos exeunt copiosi, minuti, & pallidi. Succedunt baccæ pisi vulgaris magnitudine, aut majores, rotundæ, initio virides, per maturitatem coralli similitudine tubentes, intus carne sua duo aut tria nigra, & cornea soliditatis feminæ claudentes. Radices habet crassas, longas, teretes, molles, perennes, numerosas, ab uno transverso, & propter caulum vestigia aspero villosoque dorso, utrimque in obliquum descendentes, foris cineraceas, intus candidas, sapore glutinoso & dulci. Floret mense Iulio; baccæ Augusto Septembriique, maturæ; cauliculorum prima rudimenta Aprili erumpunt, & dum adhuc tenera sunt eduntur, ac nisi cito decerpantur in caulem assurgunt. Seritur autem asparagus in hortis, pingui, humido, beneque subacto loco. Hieme vel sterco, vel cinis injiciendus, ut succus eius pluvii manans ad radicem perveniat, ut docet Columella, loco iam sæpè citato. Contingit vero & hujusmodi asparagum quandoque sponte, & citra culturam provenire, & locis quidem humentibus ac herbofis, veluti in pratis, in quibus haud procul Moguntia, frequens reperiiri fertur. Exiguum hic ab hortensi, nec ab eo ge-

Asparagus Hortensis.

nere aut specie, sed cultura, quæ speciosiora & ampliora omnia reddit, differt. Nascitur porro & spontaneus apud Hollandos, in convallibus tumulorum arenosorum ad Oceani littora, qui sativo etiam crassior subinde est. Cæterum, quem marinum vocant, caule breviore est, firmiore, foliis crassioribus, firmioribus, ex cæruleo virantibus; baccis majoribus, quam vulgaris hortensis, non adeo coralli instar intense rubentibus. Corrudæ ge-

Corruda differens ab altili Asparago.

nera tria describit Clusius. Prior fruticosa est planta; duabus, tribus, aut pluribus virgis candidis, firmis, ramosis, divaricatis per sepes funditur; circa quas quina, aut sena foliola, simul semper conjuncta, nascuntur, brevia, rigidifuscula & pungentia, flosculi oleæ, lutei, & senis foliis constantes: sub aliis inter folia enascuntur, odore jucundo, ut violæ Martiæ. Baccæ initio virescunt, deinde cinereū, aut ex viridi nigricantem colorem contrahunt, semique continent nigrum, durum; radices ab uno capite mul-

tæ, crassæ, instar asparagi altilis, sed breviores nascuntur. Abunde crescit agro Salmanticensi, locis petrosis, totoque Castello & Granateni regno, non modo in sepiibus, sed plerumque etiam in arvis cultis. Reperitur & in Narbonnensi Gallia juxta sepes. Floret uva maturante, hoc est, Augusto mense: semen Octobri maturum est. Alterum corrudæ genus, quod asparagus est Theo-

Asparagus spinosus alter Clusi
five Theophrasti.

phrasti, planta est fruticosa; in viridibus & mollibus ramis five virgis ramosis, tres aut quatuor spines, ab eodem ferè exortu prodeentes, hinc inde sparsas pro foliis ferens, virides itidem, ut rami sunt. Florem nullum in hoc conspexit Clusius. sed frequentes baccas rotundas, ut in superiore, initio virides, deinde per maturitatem nigricantes, succo & pulpa virente plenas, qua semen includitur durum, foris nigrum, intus candidum, ut plurimum unicum, interdum bina: radices habet plures, crassas, longas, superioribus non valde dissimiles. Frequentis est ad Tagum fluvium in Lusitania, atque etiam in Boëtica, solo petroso, in collibus & sepiibus. Novembri semine onustum invenit idem Clusius. Tertius sylvestris asparagus, cubitales habet virgas, ramosas, candidas, lignosas, priori similes, candicantes, firmis deorsum spectantibus spinis alternatim, & secundum virgarum ramorumque inæqualium inflexionem horridas, ad quas quina aut sena folia, ex eodem capite simul prodeunt, ut in larice, prioris asparagi sylvestris foliis longiora, mollioraque, laringis foliis non dissimilia; quæ commanducata, subdulcia, & aliquantulum gummosa deprehenduntur. Flos inter folia ex alarum sinu, longo tenuique petiolo dependet, ex viridi pallecentis. Deinde fructus penè rotundus, sed qui tricoccos videtur (tametsi unicum granum magna ex parte contineat, raro bina, foris nigrum, intus candidum, firmum, ut in superioribus) initio virescens, maturitate rubescens, & carnosus, five succum & pulpam continens lentam & viscidam. Radice firmatur multipli, instar aliorum sylvestrii asparagorum, longa, crassa, intus alba, foris flavescente. Fert initio veris aliquot turiones, instar altilis asparagi, qui, illorum modo, manduntur crudi & cocti, cum oleo, aceto, & sale: nusquam abundantius, quam supra Olyssipponem salebrofis locis juxta vias, non procul à Tago fluvio, etiam sub

Corruda tertia Clusii.

ea urbe, publicâ viâ Tago imminentem, antequam in Oceanum se exoneret. Nascitur tamen & aliis Lusitaniae locis, & tota ferè Boëtica. Novembri cum fructu maturo in Lusitania legebat Doctiss. Clusius, raris aliquot floribus hinc inde per ramulos sparsis etiam onustum. In Belgio omni culturâ & diligentia adhibitâ, nasci recusavit: duo verò priores ex semine nati sunt, Tertium hunc asparagum videtur in Creta obseruisse Bellonius; qui libr. I. obser. cap. 18. sic scribit, *Vix tota Creta invenias asparagum atilem: sylvestrem duntaxat habent, corrudam vocatam, quæ passim nascitur. Præter eam tamen aliud genus istuc invenitur, nomine vulgari, & antiquo Polytricha dicum. Polytricha à tenuibus, capillaceisque foliolis.*

Σκόρπιος, &c. Sic dicitur, vel quod spinas ferat aculeo scorpioris non dissimiles, vel quod acriter pungat, scorpioris modo. Doctissimus Gaza nepam vertit, quod Theophrastus lib. 9. cap. 9. alterius *σκόρπιον*, (aconiti est genus) meminerit. Utriusque historiam à magnis video confundi viris. Scorpius, de quo hoc capite sermo, planta est foliis carâns, sed foliorum loco spinis prædicta. Nullum aconiti genus spinosum est. Τηλύφορος ergo, aconiti genus quod *σκόρπιος*, propter radicem scorpiori similem, vocat Theophrastus, spinis armatum non est. Nepa idem quod scorpius, Festus. Nepa Afrorum lingua fidus, quod cancer appellatur, vel, ut quidam volunt, scorpius. Cicero lib. 3. de finib. Serpere anguicolas, nature anaticulas, volare merulas, cornibus uti videoas boves, n. pas aculeis, suam cuique naturam esse ad videndum ducem, &c. Cancer spinis non lædit. Columella in Hortulo.

Sed trepidus profugit Chelas, & spicula Phabus
Dira Nepæ, tergoque Crotifestinat equino.

Idem libr. II. cap. 2. Cal. April. Nepa occidit mane, tempestatem significat. Eodem cap. 13. Cal. Iul. Sol introitum in Cancrum facie, tempestatem significat. Vides Cancrum à nepa sydus diversum. Rectè ergo Gaza, ob rationem jam allatam, *σκόρπιος* nepam vertit. Plinius tamen Græcam servavit vocem libr. 21. cap. 15. In totum spina est asparagus scorpio: nullum enim folium habet. Corrigunt, in totum spina est asparagus scorpio. Ita, inquit,

sublata distinctionis nota, lege; ut unam, non duas herbas esse putas asparagum, scorpionem, aliumq; ab eo qui nōtus est omnibus. Vulgaris asparagus omnibus notus, spinosus, sine foliis à Theophrasto, veteribusque delineatus paucis. Alia etiâ scorpius, alia asparagus planta. Utramque satis clarè & aperte hoc ipso capite distinguit Theophrastus; utrique spinas pro foliis esse idem afferit. Malè idem Plinius alibi; *Spinosi sunt asparagi, ex toto fere, ut scorpius. Vnde quoque scorpiones à Columella nominantur?* Quanquam asparagus, cognomento scorpius sive scorpio, aliud genus est, ut in scorpio herba-disputabitur. Nemo asparagum scorpium vocavit; diversas plantas esse ex Theophrasto conitat, nec usquam asparagos scorpiones vocavit Columella, verum caules spinulos sic nominavit, ob rationes supra allatas. Neoterici duo observarunt scorpii genera, genistaque spinosas vocant, ac quidem prius appellant genistam spinosam majorem, longioribus aculeis; alterum, genistam minorem spinosam aculeis brevioribus. Posterior scorpius cubitali, aut ampliore altitudine assurgit, multis virgis ex atro virentibus, striatis, densissimo spinarum vallo obsitis fruticosus, quæ deinde spinis aliis minoribus sunt circumseptæ. Folia nulla, nisi primo vere, apparent, brevi decidua. Flores genistarum minores, pallidi; interdum vero, maximè in regionibus calidioribus, adeo rufescentes, ut rubore videantur, præsertim sub autumnum. Siliquæ deinde succedunt breves, cylindraceæ, magna ex parte inanes, aliquando tamen ferentes exiguum semen pallidum, aut suffuscum, ut genista vulgaris septentrionalium. Radix singularis in alias tenues se spargens, & interdum latè se propagans. Ratione loci variat magnitudine & aculeorum multitudine, paucitateque. Floret Mayo & Iunio, & quandoq; tota æstate: Circa autumnum vero, denuo floribus onusta conspicitur, eoque tempore saturatores, & magis rutili sunt ut plurimum flores. Sed negant hanc genistam esse scorpium Theophrasti, qui in re botanica minus exercitati sunt. Non est ἄφεται, inquit: vere enim folia fert, Theophrastus vero foliis carere scripsit. Respōdeo, nihil impedire, quo minus genista jam descripta sit scorpius Theophrasti. Multa observarunt recentiores, quæ ignorarunt veteres. Folia quidem fert vere, sed quæ cito decidunt, nec diu durant, adeo, ut nisi quotidie quis plantam inspiciat, difficile, nec nisi casu obserbare possit. Rectè ergo ἄφεται dicitur, quod toto fere anno foliis vidua sit. Provenit variis Belgii, Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, Angliæ locis: nusquam tamen frequentius, ut monet Doctiss. Carolus Clusius, quam incultris illis locis supra Burgedalam, Bayonensi irinere, & apud Cantabros Pyrenæorum jugorum accolæ; ubi tanta magnitudine assurgit, ut duorum hominum altitudinem æquare nonnunquam idem viderit Clusius, crassitudine vero brachiū humanum. Belgæ Gaspeldorii vocant. Alterum scorpii vel genistarum genus pedis altitudinem raro superat, rotum densissimis spinis horrens, quæ non confuso ordine, ut in superiore, nascuntur, sed seriem quandam servant, & semper contrario inter se exortu binæ nascuntur; viventes quidem, sed languidius quam superioris, neque aliae ex aliis, summi ramuli inherent bini aut terni, flores superiori similes, lutei coloris, mense Martio: quo tempore exiguae, brevesque siliquæ, vel potius semina, ervi magnitudine, inclusa membranæ quadam multâ, incanante lanagine hirsuta, deprehendit Clusius, densissimis ipsius plantæ spinis occultata, ut ex superiore æstate deciderant: adeo vero canescerant, ut initio aranearum telas esse existimaret. Radix singularis; sed in plures deinde propagines sparsa, dura, & lignosa est. Qui priorem genistam negant scorpium, & hanc negabunt. Quippe & hæc quando primum è semine pullulat, minuta fert folia, quæ cum annua sit, amittit, nec recuperat. Sed dico, Theophrastum plantam antiquam, adultamque delineasse, non recenter ex semine natam. Utrum autem sciverit, quando primum ex semine prodit, folia ferre, me fugit, ignorasse hoc illum putarim. Reperitur collibus Granatae vicinis Itineri Cordubensi. Nobis aliquando ex semine à Boelio misso nata, sed hyems sequens sustulit; eaq; causa cur depingi non curarim. Sperabam id me facturum verno tempore, quando folia caderent, ut discriminè observari posset, sed, ut dixi, frustra. Dubitat Clarissimus Botanicorum, dum viveret, facile princeps, an scorpius hic alter sit *ιγνώστης*, quam barbarè *Echinopodam* vocant. Honorius Bellus Cydonia Creta epistola alterâ hæc scribit. *Echinopoda, vulgatissima planta est, & multum cum erinacea à te descripta convenit, nisi quod hæc foliis caret, & flores luteos profert, totaque colore viridi cernitur, in orbem diffusa, & erinaceum mirum in modum multitudine spinarum*

rum representans. Cujus & hæc sunt. Hujus stirpis meminit Plutarchus Symposi libr. I. quæst. 4. & lib. de auditione circa finem, antiquum hujusmodi distichum citans.

Ως αὐτὸν ἐχινόποδας, οὐταντα τεγχείαν ὄνων
Φύοντας μαλακῶν ἀνθεα λευκοῖσιν.

Inter echinopodas, asperam & inter ononim,
Interdum crescent mollia leuca.

Meminit etiam hujus Athenæus libr. deipnosophist. tertio, perinde ac si semper inter echinopodas, & asperam Ononim verseris. Sed fallitur in margine Dalecampius, Athenæi interpres, quod echinopodam cardui Chii genus intelligit: nam echinopoda tam hic Cretæ, quam in insula Chio, totaque Græcia vulgatissima est, non cardui genus, sed fruticis censenda. Et hanc sub chenopodis nomine intellexisse Plinium existimo, libr. Natural. Hist. II. cap. 8. quod etiam ante me animadverterat Turnebus, vir summa laude dignus, adversiorū lib. 13. cap. 12. Nam licet hæc planta copiosissimos flores proferat, & ubique oriatur; ejus tamen flores apes non attingunt, ut quotidie observari potest. Excellentissimus P. M. Melchior Gullandinus echinopodam non novit. Nam epistola ad Langium eam inter ignotas stirpes enumerat. Bellonius vero libr. I. observ. cap. 18. ipsam novisse videtur, sed non descriptis, neque ita congener est aspalatho, ut ipse putat. Nam aspalathus frutex fatis magnus visitur, folia terna simul juncta ferens, licet æstate ipsa amittat, ut autumno aliis induatur; nec spinis adeo crebris scatet, ut ista. Hactenus Honorius. Genitam supra descriptam & echinopodam Cretensem plantas diversas esse, ex Alpino probatur, qui eam his verbis lib. I. cap. 8. describit: *Echinopoda Græcis vocata planta frutex est, spinosus, cubitalis, & amplior, multis surculis, ab una radice proficiscensibus, resertus, duris ac lignosis; colore flavescentibus, & siccatis albicantibus, foliis planè carent perpetuò tempore; spinas multas longas virgæ habent, seu ramulis spinarum instar, & figure, qui quadam planta vivit non duri sunt; ea vero mortua, iisdem surculi indurantur, & acutæ duræque spinæ evadunt, quæ aliquibus ferè spatiis trinæ in ordine in ramis simul apparent, plures acutos triangulos facientes. Plantæ tota siccata albicat, lignosa, dura, quadantenus aspalatho secundo similis; at ejus spine sunt multo plures, longiores, sursum ferè ex toto actæ. Flores fert parvulos, luteos, aspalathi flores emulantes, sed tamen minores; quibus succedunt technæ parvule, figura triangula, quam exigua semina continent. Mirum est Honorium, Bellum Vicentinum, virum alioquin eruditum, scriptisse ad Carolum Clusium, ut ex ipsis epistolis ad ipsum scriptis constat, banc plantam flores ferre copiosissimos; cum eam paucissimos producere singulis annis viderimus, in aliquibus plantis, quæ mihi multos annos vixerunt. Neque Petrus Bellonius, qui banc plantam aspalatho secundo quadantenus similem fecerit, videatur reprehendendus, cum ipsa & spinis, & floribus, & filiisque, atque toto frutice, ac ligno ab eo aspalatho non videatur dissimilis. Aliqui existimarent ipsam quod foliis careat, & floribus, & filiisque ad spartium Dioscoridis accedere; eoque magis, quoniam viventis ejus surculi sunt tractabiles. Quod an verum sit, nolo in præsentia deliberare, aliis lubens judicium remittens. Nascitur hæc planta in Creta insula, non in montanis, quia frigora non patitur: unde apud nos (Patavinos) ex seminibus orta, hyeme, ni in calidis locis à frigore tneatur, exarescit. lignum aliquantulum amarescit, non absque odore etiam grato; quibus, hominibus amicam esse conjicitur, viribus atque usibus ad medicinam ab aspalatho secundo non differens. Hactenus Alpinus. Utrum ad spartium Dioscoridis planta hæc referri debeat, non possum affirmare, quod nunquam eam viderim. Quantum ad formam, quam ei tribuit Alpinus, spartii genus esse videtur; sed cum vires sint dissimiles & aspalatho proximæ, nec facies ab ea abhorreat, ad aspalathum referre malim. Quod Bellum notat male tradidisse, copiosos proferre flores, in eo Bellū peccasse, non puto. Facile fieri potest ut in Italia paucos producat, in Creta plurimos. Accedit, quod cum calidiorein ament aërem tales plantæ, in frigidis non æquæ copiosè florent; præsertim cū adversus hyemis injurias in cellas, hypocausta, aliaque loca hyeme se ponendæ sunt. Exvinodō mentionem ait Bellus facere Athenæum. Verba Athenæi adscribere placet. Ηενωχίης τε πάντα τὰ καρπά πολλα τοῖς οὐρανοῖς γίνεται, μή αἰδητας συνέργεια, οὐταντα τεγχείαν ὄνων αἱ τεγχείαν. αἴτιον τοῦ διόσου πεντεντονατορίων. Ad unguem examinas quicquid in medium adduxerint;*

qui tecum differunt, spinas colligens, perinde ac si semper inter echinopodas & asperam Ononim verseris, flavissimum flororum nihil coacervans. Ad hunc locum Dalecampius. Quidam tribulos reddit, quidam echion; neutrī recte. Echinopodas cardui genus est, frequentissimum in insula Chio, capitibus plurimis, amplissimis, spinosissimis, quæ demessa, & in acervos congesta ligni vice uruntur. Græci nomen adhuc retinent. Si non datur alia planta, quæ echinopodas nomen habet, & cardui vocè strictius fumas, fatendum est Dalecampium errasse. Emenda Plinii codicem libr. II. cap. 8. & scribe, *Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice & echinopode. Sic ante nos legendum hunc locum docuit Doctissimus Turnebus advers. lib. 18. cap. 13.*

Λίγω σὲ τὸ ἀκαρδίδες, &c.] Scribe, λίγω σὲ τὸ ἀκαρδίδες. Quid ἄργε, & ἄργα δίδες, supra lib. I. c. 16. dixi. Nempe illud esse quod spinis præditum, velut malum extuberat in carduorum genere, & à Diosc. ἔχει, vel ἀκαρδίδη καφαλίδη vocari.

Οἷος ἄκαρδη, &c.] Ακαρδή Hesychius δάφνη, laurum exponit. Laurus spinis caret; inter acanacea referri nec potest, nec debet. Scribe ἄκαρδη. Idem Hesych. ἄκαρδη, ἄκαρδίδης φυτόν, acorna, spinosa planta. Hanc Plinius probat lectionem. libr. 21. cap. 16. Item leucanthos. Ergo pro λευκάνθη scribendum, λευκάνθης.

Λευκάνθη, &c.] Plinius, ut dixi, legit λευκάνθης. Hæc non est spina, quam Latini spinam albam vocant: arbor enim, vel frutex est spina alba. Columella lib. 7. cap. 9. Nemora sunt convenientissima, quæ vestiuntur queru subere, fago, ceris, illicibus, oleastris, tamaricibus, corylis, pomiferisque sylvestribus, ut sunt albæ spinae, Græca silique, jupiterus, lotus, pinus, cornus, arbutus, prunus, & paliurus, atque acerades pyri. Ex hoc loco Columellæ vel fruticem, vel arborē esse constat. Leucanthos, de qua Theophrastus, inter herbacea censerit meretur, uti omnia acanacea. Λευκάνθη, vel, ut Plinius, λευκάνθης alia est à λευκῇ αἰάνθῃ, de qua libr. 4. cap. 5. egit. Arbor enim est illa, ex qua baculos faciunt. Λευκάνθη, describit Dioscorides libr. 3. cap. 22. Λευκάνθη, τεῦτος ή πίζα ομοια κυπρίη, πικρὴ ιχνευτική, μαστιχιών, οδονταλγίας αρθρωματίας, &c. Leucanthan radice est cyperi, amara & valida, quæ quidem commanducata dentium dolores sedat. Caput hoc in vetustissimo codice alio legitur sensu, uti Doctissimus monet Salmasius. Λευκάνθη, οὐ σὲ πολυχύτατος, οὐ ἡ ιχθαδεια, οὐ τὸ φύλαρον, οὐ σὲ λαδεύον, πίζας ξει ομοια κυπρίη, πικρὸς ιχνευτης, τοῦ Λευκάνθησα οδονταλγίας παρεύει. Leucanthan nonnulli polygonaton, alii ischiada, quidam phyllon, aliqui ladanon, radicem habet cypero similem, amaram valde, quæ quidem commanducata dentium lenit dolores. Illud, οὐ ἡ λαδεύον, valde suspectum. Cur ιχνευτης vocetur, facile explicare possunt. Scribit Dioscorides, Τὸ δὲ δοτίζειν αὐτῆς τὸν οὐρανον καθάπερ ποδής, βοσκεῖ τὸ λευκάνθης χρονίας, η ιχθαδειας, επίγυμασ, σταυρούς, &c. Antiquiss. codex, Φ οὐ δοτίζειται αὐτῆς τὸν οὐρανον καθάπερ ποδής ποδηστητης βοσκεῖ τὸ λευκάνθης χρονίας, καὶ ιχθαδειας, επίγυμασ σταυρούς. Ipsius vero decoctū cyathis tribus ex vino potum, veteri laterum dolori vexatis, ischiadicis, ruptis & convulsis auxiliatur. Ιχνευτης ergo, quod ischiaticis opem ferat. Sed cur λαδεύον? Hoc ignorare me fateor. Hujus nominis nec Auctuarii auctor, nec Plinius mentionem faciunt. Plinius libr. 22. cap. 16. Leucanthan, alii phyllon, alii ischiada, alii polygonaton appellat, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores sedat, item laterum & lumborum, ut Iliecius tradit. Πικρὸν ιχνευτης, vel, ut in vulgatis, πικρὴ ιχνευτης neglexit. Ladanon, quod sciām, nemo vocavit. Quod si carduus Mariæ, quem leucographum à maculis albis vocant, esset leucanthan, scribendum λαδρίων μηράλων πίον, valde fluens. Λαδρίων, quasi λαριών, pleonasmo & οὐ. Λαδρίων à maculis venisque plurimis albis, quæ per totum folium fluunt ac currunt. Non desunt viri magni, qui carduum leucographum leucantham esse docent. Carduus hic folia fundit magna, pinguis, lata, ampla, ambitu crenata, acutis tenuibusque aculeis circumquaque stipata, veluti cacanthii Dodonei; nisi quod lanugine careant, omnino glabra, dilutè virentia, notis, lineis, maculis variè ductus, iisque candidis & lacteis coloris maculata. Caulis bicubitalis, nonnunquam tricubitalis, digito crassior, rotundus, spinis horrens, brachiatusque, in summo, echinatus aculeatisque capitulis donatus, quæ æstate media florent cynaræ modo, floribus purpureis ac capillaceis. Semen lanugini implicatum crico simile, sed minus, radice nititur valida, alte descendente, amaro sapore. A Iunio in Augustum usque floret, altero à quo è natum est anno; semen Augusto & Septembri maturam. Quo maturo perit, ut plerique cardui solent, quibus diuturnior vita non est, quam ad seminis perfectionem. Dico plerique,

Carduus Mariæ.

plerique, quod non omnes producto semine pereant. *Eringium planum* Mathioli, item *Cnicus* alter flore cœruleo, post semen maturum, plures annos superfuere. In hortis, in quibus olera seruntur, non raro etiam secus vias, locis incultis, exit quem vulgo *carduū Marię* vocant; forte à præstantiorib. facultatibus, Belgæ *onser* *Houltne* distel. Alii leucographum, à candidis foliorum lineis ac notis; unde & leucacantha fortè vocata. Meminit herbae leucographidis Plinius libr. 27. cap. 11. sed qualis sit non expressit. Difficile idcirco fuerit, hanc cum carduo leucographo eandem esse asserere. *Leucographus*, inquit Plinius, *qualis esset*, *scriptum non repperi*, *quod eo magis miror*, quoniam utilis proditur sanguinem excreantibus tribus obolis cum croco, &c. Nec nos facile inveniemus, qualis fuerit herba. Alii spinam albam vocant, putantque *άσπινη λευκη* Dioscoridis esse. Sed de hac quæstione paulo infra. Alii silybum veterum putant. *Dioscorides* libr. 4. cap. 159. Σιλυβον ἄσπινη εἰς τολματία. Φύλλα ἔχουσα χαμαιλέοντος σφυριν τῷ λευκῷ, ἡπεὶ αἴρησθαι εὐθὺς σὺν ἀδαμαντίῳ ἀλό. ἢν δὲ πίεσθαι ὁ πότες ὅστιν ὀλόκλη τοθεὶς σὺν μαλικούτῳ ἐπίτεν κανεῖ. *Silybum* *spina* est lata, foliis *chamæleonti* albo similes, que adhuc novella, cum oleo & sale cocta, estur. *Stillans* ē radice liquor drachmæ pondere potus ex aqua mulsa, vomitiones ciet. Utrum *chamæleonti* albo similia ferat folia, spinaque lata sit, non disputabimus. Negamus radicem lacteum succum fundere, negamus radicem vomendi aliquam facultatem habere: calefacit, abstergit, aperit, provocat & attenuat. Decoctum utiliter datur ad jocineris, vasorumque obstructions & remorantes urinas. Sunt qui radicis siccae pulverem, addito foeniculi semine & longi piperis momento, ex ptisana propincent nutricibus, lacti augendo. Folia tenera, dēmp̄is spinis, aliquando oleribus non incommodè adduntur. Eo pabulo asini delectantur; quare non malè quispiam *carduum asinini* vocarit. Unum desideratur quo minus *Leucacantha* *Dioscoridis* dici possit. Radix cyperum non satis refert. Alii carlinam pro leucacantha habent. *Carlina*, quasi *carolina*, à Carolo Magno primo ejus nominis Romanorum Imperatore, cuius exercitus, olim liberatus, & præservatus à peste fuisse fertur, usū hujus radicis. *Carlina* alia *caulescens*, alia *άσπινη*, *caulis expers*. Priori valde spinosa sunt folia, utroque margine frequentibus sectionibus profundius incisa, & per angulos duris multumque pungentibus spinis munita, quorum mediae costae subinde rubent. Cauſis dodrantalis, aut altior, unicum ut plurimum proferens capitulum, exteriorē circuitu aut ambitu echini castaneæ instar spinosum, quo superius patente, flos exit latus, medio disco ex multis staminibus farctus; quem paryula,

Carlina caulescens.

oblonga foliola cingunt, sæpe albicantia, rarissime rubentia. Semen tenui & angustum subest, Radix oblonga, digitalis crassitudinis, subnigricans, fuscique coloris, adeo rimosa ut scissa videatur, odorata, gustu nonnulli amaricantis. Quæ caule caret, foliis quoque est valde spinosis, alterius fermè similibus circumquaque per terram procumbentibus; inter quæ medium orbiculatum erumpit capitulum, exterius eodem spinosum modo, sed ma-

Carlina ασπινη.

jus; cuius flos medio stamineus, rubentibus foliolis, quandoque vero candidis, ambitu circumseptus est. Sereno autem cœlo, tum hujus, tum superioris flos explicatur, lateque patet; nubilo vero veluti se recludens contrahitur. Radix hujus quoque oblonga & odorata, sed albidæ

bida intus, foris fusca, solida, non rimosa, aut fissa, sapore vero etiam minus acris aut amaricantis, idecirco in medicina etiam minus expedita. Nascuntur ambo, in montibus altis, locis desertis, ac quandoque circa vias: sed quæ caule fert Germania frequentior, altera in Pannonia, Austriae, & Stirpe montib. declivibus reperitur. Utramque carlinam, chamæleonem existimant viri magni, & quidem caule carentem chamæleonem album, caulescentem vero nigrum. Sed de hac quæstione cap. sequenti & libro 9. Neutra recte leucanthæ dici potest. Radix quippe cypero dissimilis; præterea nullam video causam, cur leucanthæ nomen mereatur; nec in foliis, nec in caule, nec in flore, nec in semine, nec in radice ea albedo inest, ut à candore nomen imponi meruerit. Proxime aliis ad leucanthæ historiam accedere videtur planta, quam carduum bulbosum Monspeliensium vocant. Describitur ab Adversarioribus auctoriis, Lobelio, Pen-

Carduus Bulbosus Monspelienses an
Leucantha Dioscorides.



que. Locis uidis & prætensis Monspelium circum, carduus hic oritur frequens inter narcissos, & aristochias, cui folia palmum alta, pinguia, aut crassiora, in ambitu laciniosa & serrata, acanthii modo, visuntur, tenuibus spinis ambientibus. Caulis binos cubitos altus, gracilis, cui in summo capitula, floribus purpureis stamineis oppleta, semine cnici, sed minore: radices multæ, confertæ, ex uno quasi nodulo aptæ, in multis oblongos globulos diductæ, asphodeli, cyperive modo. Quæ nobis persuaserunt gustu explorantibus, & etiamnum hæc scribentibus, nullam stirpem proprius accedere ad leucantham. Mandenti multum glutinis exhibit radix, nonnihil caloris & tenuium partium, tametsi amaroris penè nihil. Sed maluum vera & nobis comperta prodere, quam rerum naturas apparatu mendaciorum ad nostram gloriam detorquere, aut apres appingere sylvis. Eandem plantam describit Clusius lib. 5. hist. & ad Cirsii genera referendam putat. Delineat etiam aliam huic simillimam, sed maiorem. Ad cirsii, inquit, procul dubio referendum genera id cardui, sive spinae mollis genus, quod in bicubitalem, & majorem interdum altitudinem excrescit, pollicaris crassitudine, caule striato, incanæ tomentacea que lanugine obsoito. Folia illi majora, quam in superioribus (cirsii) generibus, magis carnosa, succi plena, viridia, in ambitu dentata, molibusque spini birta: capita in summo caule, summisque ramis majora jam descriptis, quæ in stamineos purpureo colore nitentes flores expansa, maturitate in pappum resolvuntur: Radix multis crassis fibris asphodelinos bulbos ferè referentibus, & oblongis firmatur. Nascitur in montanis pratis, etiam in piscinaram uidis marginibus, inter salices amerinas quoque, & barundines; floret Iulio. Nulla melius cum delineatione Dioscoridis conveniret, quam carduus Marie; si radicem cypero similem haberet. Cæterum, cum nec Dioscorides, nec Plinius tradant, quibus foliis, quo caule, flore ac semine leucantha proveniat, difficile erit in-

ter tot aculeatarum stirpium genera, unam secernere, quæ verè leucanthæ repræsentet. Cæterum gravissimè errant, qui inter leucanthan & ακανθα λευκη nullam differentiam ponunt. De utraque enim tanquam diversa egit Dioscorides. Peccant etiam, qui spinam candidam vertunt. Tam λευκη κανθα, quam ακανθα λευκη Latinè sonat spina candida. De acantha alba Dioscoridis agit libr. 3. cap. 11. "Ακανθα λευκη (vetus addit, δι' οὐ γένεται κίναρα) Φύτευται ἐπὶ ὄστρῳ ὑλώδεσ τόποις, Φύλλα ἵχοντα χαμαὶλοντα λευκων ἴρεφεν, σπάντερα δὲ εἰ λευκόπτερα, ιστοδίστα (vetus διστιν) αγγεῖον. καυλὸν ὕστερον δέ πήκτης, δακτύλου δὲ μετ' ἡρος πτάχος, ιστόλογον, κείον ἴδομνην. τοῦ ἀκρου δὲ αὐτοῦ κεφαλὴ σφέστησι ακανθίδης, ιχίων θελασία εἰσφέρει. πλιόν ἐλάσσων εἰς ιστομήνας. ἀγρῷ πορφυρῇ, εν οἷς τὸ πτέρυγον τοιοντες, προβαλλεταις δέ. Acantha alba nascitur in montibus & locis sylvestris (Marcel. i. 11. humetis, legundi suspicatur) folia fert chamæleonitis albi, sed angustiora, & candidiora, aliquantulum hirsuta & aculeata: caule supra bina cubita altum, pollicari aut etiam ampliore crastitudine, candicantem, ac intus cavum: cuius in cacumine capitulum est spinosum, echini marini emulum, at minus & oblongum. Flores purpurei, in quibus semen ceu cnici, sed rotundius. Pro acantha alba, spinam ostendunt, cujus imaginem damus; ali acanthion vocant.

Spina alba.



Vulgaris notitiae, in utraque nascitur Germania: magna, lata, longaque fert folia, utrumque incisuris dissecta, & acutis durisque secundum marginum crepidines spinis horrentia, quæ molli lanugine torta candicant; & quibus mediis caulis assurgit procerus, supra duos cubitos altus, adnatis membranis angulosus ac spinosus: capitula similiiter spinosa, ac acanacea in caulis ac alarum fastigiis eminent: flores ex multis purpurei coloris staminibus, haec proferunt. Semen succedens lanugine conditur, oblongum, glabrum, diluti punicei coloris, minus quam cnici: radix alta, candida, dura ac lignosa, fibris non destituitur. A Junio in Augustum usque floret, altero à quo enatum est anno; interea & semen maturitatem consequitur; quo maturo perficit. Spina hæc non angustiora habet, quam chamæleon albus folia; sed latiora multo, semen quidem minus cnico habet, sed non rotundius. Aliud ostendunt, pro acantha alba, spinæ genus Adversariorum Auctores. Arabico, inquiunt, idiomate spinam albam bedeguard vocant, nec tamen ullis notis notiorem faciunt Mesues, aut Serapionis interpres. Quænam autem verior sit, ex per multis, quæ prodita sunt, paucis dicendum. Plusculis superioribus annis in horto Patavino illustrissimi senatus Venetorum, indicante Melchiorre Guillardino, inibi praefecto (qui in stirpium historia quantæ sit peritie, non nisi per-

Spina alba, bedeguard Arabibus.



docti norunt) visus fuit carduus totus albida, inferne lanagine incanior, quam superne: folia chamaleontis minora in regionibus sicctoribus. Nam quem in Anglia sevimus, latiora aliquanto habuit: fuitque caulis bicubitalis, interdum tricubitalis, digitum crassus, & incanus totus. Echinos marinis similes, & rotundos habet, quando florent ex albo purpurascentes; inter quos defluentes sese in summo multo altius erigunt terne, quaternae pappose glume confertæ, rigidis, mucronatis tunicis, semen claudentibus oblongum, avene exorcitate æquale, & simile. Hæc posteriorib. & acutiorib. peritiorū sententiis omnium maximè quadrare videtur spina albae. Semen tamē cuiusmodi diximus avenæ, aut secalo similius, sed rotundius enico. Aliam iidem & iconem exhibent, acanthæ albae nomine. Vulgo tomentosum carduū Anglicū vocant, quæruntque, utrū hæc, an altera jam descripta propius ad acanthæ albae historiam perveniat. Nec longius, inquiunt, abest à genuina Dioscoridis spina albae, quam superior memorata, facie, caule ternū quaternūve cubitorum, incana lanagine obsoito, spinæ albae Patavine, aut scolymi filiæ vestris similibus. Florum capitula rotunda, compressa, echinum marinum (quum nondum hiatus bellè referunt, aculeis mollioribus, villosisque, quasi arachneis, sericeisve filiis concinna reticulatim implicata. Ex quibus per maturitatem staminea purpurea florum, cynarae aliquantū minorum, exeruntur, succrescente semine sibi, rotundiore, corpulentiore. Radix magna, foris fusca, intus alba, personata similis, gustu non ingrata, diuretica. Frequens hæc in Anglia collibus strigosis agri Sommerseti, juxta aedes generosi hujus historiae perquam avidi & studiosi Eduardi Saintloo. Nobis prior carduus rectius quadrare cum delineatione Dioscoridis videatur. Nihil impedit secalo semen simile esse. Ipsius enim fecali semen comparari cum enico semine potest. Dioscorides dixit, enico simile, sed rotundius; & tale est illius semen: quanquam rectius secalo comparasset, sed huic veteres nihil compararunt, quippe ipsis incognito. Secali grana sunt oblonga, gracilia, nigricantia; sic & enico semina, sed candicantia. Forma ergo enico simile, sed rotundiore. Ad formam saepius respexit Dioscorides, colore neglecto. Et hactenus de leucacantha, & acantha alba.

Xanthos. Plinius hunc locum sic reddidit lib. 21. cap. 16. Carduus & folio & caule spinosas lanugines habet, itera acorna, leucacanthos, chalceos, cnicos, polyacanthos, onopycos, helxine, scolymos. In Salmanticenf & Chrifletiano codice legitur, Carduus & folia & caule spinosa lanuginis habet, quod in idem recedit. Mox idem libri legunt; Item acora, leucanthos, chalde necos, polyacanthos,

conopygos, helxine, scolymos. In indice manuscripto Rigaltiani codicis, legitur, Acorna, sive phonos, leucacanthos, halcionetus. Scribe; Item acorna, attractylis, sive phonos, chalceos, cnicos, onogyros, helxine, scolymos, &c. Χαλκεος δοτissimus Gaza ærarium vertit. Malo Græcam servare vocem, quod eam retinuerit Plinius; & dubito utrum ab æneo colore, an à duritia nomen illud impositum.

[Orōνυξος, &c.] Vertunt, buxum asinimum. Quid buxus asinus, quid διόνυξ sit, ignoro. In vulgatis Plini lib. 27. c. 12. onopycos legitur; in antiquo nostro codice, onopygos scriptum est, in aliis conopygos. An ex Athenæo lib. 2. circa finem restituendum, ὄρόπεδον, στρέμα, ἀργακτούδης, πλήσιος, κύκρος. Ορόπεδον, sic dicitur, quod asini, qui libentissime carduo hoc vescuntur, eo cibati pedant. Plinius lib. 27. c. 12. Onopordon si commederint asini, crepitus reddere dicuntur. Hanc lectionem impedit Hesychius, apud quem legitur, διόπεδον (ita lege, male scribunt, διόπεδον) τὸ διόπεδον. οὐτε λάχανον αὔγεον καὶ εἶδος τούτου λαχανίου, Id est, onopordon, helxine. Est olus sylvestre, & conchylii genus. De helxine vide caput sequens. Helxine Plinio, vel iōnē Theophrasti, vel parietaria. Certè parietaria flatus discutit, crepitusque excitat. Verisimiliter asinos herbam devorare spinis carentem, quam spinosam. Ergo διόπεδον restitu non potest. An ergo διόπεδον? Hujus spinæ meminerunt Nicander, ejusque Scholia, & Hesychius; ac quidem Nicander in Theriaca.

Ἄγνω τε Βρεύα λαύνα, καὶ μωρεῖοντ' ὄνογυρον.

Albi agni flores, spinis que onogyron acutis.

Scholia, *καὶ ὄνογυρος οἱ εἰδῶν βούνας, ιππεῖοντας ἢ αὐλαὶ εἴσαις ἀκαθάδην τῷ τραχύῳ. πελοπόδην ἵκει τὸν αὐτὸν φύλακα.* Onogyros herba genus. *ιππεῖοντα dixit, quasi spinosam & asperam. spinosa enim habet folia.* Hesychius, *ὄνογυρος, στρέμη, καὶ ποὺς οἱς.* Fovea & herba quædam. Ex his conjicio carduum asinum vulgarem onogyrin esse. Nam quod circa foveas nascatur, ac vulgaris sit, onogyrin dictum crediderim; vel quod asinos aculeis suis prohibeat aquam e fovea bibere. Meminit hujus plantæ Suidas, sed cum anagyri confundere videtur. *Οὐραγρός φυτόν αἰλείχαρη, διόπεδον οὖτε, οἱ δὲ αἴλειχαρηις αὐτὸν φαντα.* Onogyros planta pellicula, vel arcens mala, trita odorem emitit, nonnulli anagyrini vocant. Priora de onogyri intelligi debent, posteriora de anagryide. Onogyris cuius meminit Nicander, pellit & abigit bestias venenatas, efficit ne lœdant, aracet mala. Quod sequitur, trita odorem emitit, anagryidi conveniunt, Dioscorides lib. 3. cap. 77. *Ανάγρης, οἱ δὲ αἴλειχαρηις, οἱ δὲ αἴλειχαρηις ταῦτα φαντα.* *τάματα τοῦ φύλακος καὶ τοῦ πάλεως αἴλειχαρηις τοῦ στομαφέρης, διόπεδης, βαρύστης ιχθεῖς.* Anagryris, vel anagryon, alii acopon vocant; frutex est arboris instar, foliis & virgis vitici similis, per quam gravis odore. Anagryridem nemo, quod sciām, ad bestias venenatas fugandas prescripsit, nemo spinosum tradidit, nemo διόπεδον vocari prodidit. Plura de anagryide alibi dixi. Ergo διόπεδον tam apud Theophrastum, quam Plinium scribendum. Nec tamen hoc dubitatione caret. *Ευπελία, inquit, διόπεδον.* Scholia, quidē spinosa ait esse folia, sed hæreo annon de ferratis, & dissectis incisurisque divisis vox hæc intelligi debeat. Chamepithys, quam idem Scholia in Alexipharmacis διόπεδον vocari tradit, ferrata, dissecta, incisurisque divisa habet folia. Scholia ad hunc Nicandri versum;

Παῦρα χαμαπίτνος, πιτί εὐπελίδος αὐνὸν ὁρείης,

Terrestris piceæ cupias, & onitida sicciam.

Θεία κνέιας τὰ τῆς συκῆς φύλα, τοῦ οἵ της χαμαπίτνος φυτοῦ, η διόπεδον, η σιδηρᾶ λίχετα. Εἰωνία αἴλειχα (alter codex εἴλειχα.) Tria propriæ fico folia nunc chamapityos sic vocat, quæ onogyros & sideritis, Εἰωνία (an viola?) sylvestris dicitur. Certè Dioscorides libr. 2. διόπεδον, διόπεδη aduersus phalangiorum morsum præscribit; pro quo, libro de Theriaca χαμαπίτνος habetur. Med. facil. parab. cap. 121. libr. 2. διόπεδον οἱ καρποὶ εἰπίστανται διόπεδη < οἱ αμμεῖοι & βοσκολίδιοι σεμεῖοι & radix, onogyri drachmas 4. ammeios drach. 2. De Theriaca, cap. 21. Διόπεδη οἱ εἰπεῖκης καρποὶ, σικεῖτος η χαμαπίτνος, η τῶν κλωνῶν τῆς κυππαρίσου σφαερίου τὸ αφίψηνα, &c. Exhibitetur & nuprica fructus: similiter & chamapityos, ac viridum cupressi pilularum decoctum. Hæc certè dissuadent Theophrastum διόπεδη scripsisse & quippe spinis caret chamapitus. Sed corruptus Nicandi Scholia, corruptus Dioscoridis de med. fac. par. codex. Scribendum διόπεδη. Dioscorides lib. 3. cap. 175. Χαμαπίτνος, λοι οἱ εὐ Πότεροι διόπεδη, καὶ διόπεδη, Αγήρηστη Ιωνίαν, εἰς Εὐρώπην διδηταν. Chamapitus, quam qui pontum incolunt, holocyon, Atheniensis

Atheniensis Ioniam, Euboici sideritum vocant. Pro ὀνομάσει ergo δέρνεται scribo.

[ἰερνη, &c.] Doctiss. Gaza carduū pineam vertit. Plinius, helxinen. Ονγύρος, helxine, scolymos. Posterior vox in Theophrasti editis codicibus desiderata, addi debet, ex Plinio. Lege ergo δέρνεται, ἰερνη, σκόλυμος, καρπαθίας, &c. Doctissimi, summiq; viri Plinii codicem corruptum existimant, quod helxina parietaria sit, & restituunt, ονγύρος, ιερνη, scolymos. Frustra in omnibus codicibus Plinii helxine, vel helxine legitur. In Indice quoq; libri primi helxine scriptum est. Ipse etiam Plinius aperit fateretur, se helxinen scripsisse, Libro enim sequenti 22. cap. 17. ubi de helxine agit, quam vulgo parietariam vocant, hæc tradit, Helxinen aliqui perdicium vocant, quoniam perditæ ea præcipue vescantur, alii sideritin, nonnulli partheniū. — Semina in capitibus lappacea adhaerentibus vestibus: unde & helxine dictam volunt. Sed nos qualis vera esset helxine, diximus priori libro. Librum intelligit antecedentem 21. ubi helxinen vocavit, quam ἰερνη appellat Theophrastus. Hanc veram exaltimavit helxinen. Errat Plinius. Falsissimum est, à quopiam ἰερνη helxinen dictam fuisse. Negligenter ad anagnostas verba attendit, quem ἰερνη legere opinatus est, cum legeret, ἰερνη. Sic solet Plinius. De ixine plura cap. sequenti.

Χαρακλίων, &c. Plinius Græcam servavit vocem. Doctissimus Gaza, vernilaginem reddidit. Uterque recte. Latini chamæleontē nigrum, de qua agit Theophrastus, quod jam non probabo, vernilaginem vocant. Auctuarii auctor. διὰ παγκαρπη — Παγκαρπηδος (Scribe, καρπηδος νιζη, διὰ ονιριαστη). Nonnulli pancarpum — Romani carduum nigrum, seu vernilaginem vocant. Sed cum vulgarior sit, chamæleontis vox, ac planta eo nomine magis sit nota, placuit eam servare. Plura de chamæleonte lib. 9. cap. 13. Quod sequitur examinabimus. τὸν οὐρανόν, scilicet χαρακλίων, φυλλάκας. Plinius lib. 21. cap. 16. Chamæleon in foliis non habet aculeos. In Theophrasto inquiunt viri magni cap. 3. libr. 6. hist. legendum τὸν οὐρανόν φυλλάκας, τὸν ακανθόν. Cæterum, cum spinosis hic sit foliis, acano caret. Vitiosus codex, qualis ad nos pervenit, fellit Plinius. Chamæleon quidem niger, ut alii cardui spinosis foliis est, verum aliorum modo ἀκανθος, id est, spinosum capitulum non habet, sed florem in umbella, quod ei peculiare est. Hæc viri doctissimi non tradidissent, si recte perpendissent, ac attendissent ad ea quæ capite sequenti tradit Theophrastus. 'Η δὲ κύπειος (loquitur de scolymo) τὸν ακανθόν, ἄλλα τε φυλλάκας αὐτῷ. καὶ τοῦ ίδιου μόνον ἔχει τῶν φυλλάκας τὸν αντερμένον, οὐ οἱ χαρακλίων, οὐδὲ γέρας φύλλακας οὐ ακανθος. Hæc satis declarant, vulgata lectionem minime corruptam, omniq; mendo, laboque hoc loco carere. Sed audio alios etiam viros maximos obficere, utriusque chamæleontis folia spinosa esse, & scolymo similia. Φύλλα quidem, inquiunt, utriusque chamæleonis τολμωνιδει agnoscit Theophrastus, libr. 9. cap. 13. attamen alias jungat, illis esse aculeata folia. Siquidē lib. 6. cap. 3. & 4. chamæleonom ἀφυλλάκασθα esse prodidit, atque hunc secutus Plinius libr. 21. cap. 16. Chamæleon, inquit, in foliis non habet aculeos. Nec hi quid Theophrastus dicat, satis diligenter examinarunt. διὰ μέλας, ait, τὸ φύλλον παρέμοιο (nempe τολμωνιδει) τολμωνιδει γράμμη; τὸν οὐλάκην καὶ λειότερον. Folium quidem (scolymo) affabile, scolymi enim figuram habet, nisi quod brevius ac levius sit. Id est, spinis carere videatur, nec pungat, ut scolymos. hoc enim τὸ λειότερον εἶναι significat. Addo insignem Galeni locum, ex quo alteram chamæleonom tantum spinosam esse probo. Is est lib. 2. de aliment. facult. c. 39. Ακανθός ἐλέω φυτὸν τολμωνιδει τῆρατον ίδεις ἡρυγγίας Επικήν (forrē κηνή) η ἀπεργίας καλουμένον λούητερον, ἐπ τε τὸ ἔτερον εῖδος τοῦ χαρακλίων.

Σκόλυμος ή καὶ, &c. Infra cap. ult. anemonudem λειμωνια vocari tradit. Λειμωνιος Dioscoridi libr. 4. cap. 16. planta est, quam Plinius beram sylvestrem vocat, nomen λειμωνια vel λειμωνιος pluribus herbis tribuerunt veteres. Malè in Aldino & Basileensi. Σκόλυμος ή λειμωνια. Scribe, τολμωνιδεις ή καὶ λειμωνιος, &c. Scolymos qui & leimonium dicitur. Plinius lib. 22. cap. 22. Scolymon quoque in cibos recipit Orients, & alio nomine limonian appellat. Λειμωνιος quasi pratensem carduum, quod pratorum gaudium sit: vel λειμωνιος, quod ejus eu λιμενις, id est, f. mes expleatur, ideoque & in cibos ab Orientis populis receptum.

[Οστρεη δέρνης, &c.] Tam fallsum hoc est, quam quod falsissimum. Quis unquam τολμωνιδει vidit cnicon five carthamum? unicum emitit caulem, ut solent annua. carthamum flore cæruleo perenne, quandoque duos raro tres emitit, sed ἀπόφυσι nullas habet, nec multicaulis dici meretur. Aliter etiam legit Plinius, lib. 21. cap. 16.

Est & illa differentia, quod quædam in iis multicaulia, ramosaque sunt, ut carduus, uno autem caule nec ramosum cnicos, quædam cacumine tantum spinosa sunt. Neutiquam hæc mendosa sunt, aut præpostere locata; imò male viri magni restitunt. Est & illa differentia, quod quædam in his multicaulia ramosaque sunt, ut cnechos, uno autem caule & ramosum, ut carduus. Rationes addunt duas. Prima est, quod particula negativa, nec, in veteri codice non legatur; altera quod Theophrastus cnecum multicaulem & ramosum dixit; quod fallum esse diximus. Ex Plinio Theophrasti corrigendus codex. Scribe; αγροφίσουσι δὲ ἀλλήλων τοῖς τομέσι τὸ περικανθανόν εἰσι, διατρέψουσι τοῖς ὁσπέδιοις. τὰ δὲ πονόκανθα, καὶ διατρέψουσι τοῖς ξηροῖς, ὅσπερ οἱ κηνοί. Sed prater predicta discrimina distant, quod alia multa sobole constant (Plinius multis ramis vertit, vide quæ lib. primo dicta sunt) multosq; caules habent, alia unico constant caule, soboleque carent, ut cnicus. Σχοινος Gaza & Plinius vertunt, carduus; vox quidem generalis, quæ omni spinoso herbaceo generi convenit, sed καὶ ἰερνη scolymo. Cæterum duo scolymi sunt genera, multicaule, & unicaule. Plinius libr. 20. cap. 23. Et de carduis latè inter hortensia diximus: quapropter medicinam ex iis non differamus, sylvestrium duo genera, unum frumentosius à terra statim, alterum unicante crassius; utrique folia pauca spinosa — scolymon Græci vocant. Hæc cap. sequenti examinabo. Scolimus ergo, vel, ut Plinius vertit, carduus alter multicaulis.

[Καρπηδος ή ἡρυγγία, &c.] Quid hoc sit ignoro. Plinius, ut in vulgatis codicibus habetur, eryngium vertit, quædam cacumine tantum spinosa sunt, ut eryngium. Hoc certe falsum. Spinosa satis eringii folia, non semel manus pedesq; laeserunt, ipse Theophrastus lib. hoc sexto cap. 1. Osprinosa dixit, idem Dioscorides docret. lib. 3. cap. 24. ἡρυγγία, τὸν ακανθόν ισιν (vetus ἀρχιδω) ης εἰς ακανθη μὲν φύλλα λαχανοῦ εται εἰς ἀλμυρα συντετέρων· ησι δὲ πλατεῖα, τεσαχέα (alter πυχία, sed vulgata scriptura melior) τοῦ περιβολεωντος τὴν μεσον. ακανθόδωρα δὲ ακανθόντων τοῦ πλατείας ιεροχειροῖς καυδῶν, ιφ ἀντὶ τοῦ ακανθοῦ, (Sambucus legit, καὶ τὸ ακρον) κεφαλαῖς ισι σφυρεγεῖδη ακανθόντων τεσαχειμφρα, οσπερ οιηρον (Catac. addit σφιδος) οὖσαν τους κύκλους πληρεσσας. ἀντὶ τοῦ γεννηματος κλωσθέντος ἡ ἀγριότερη, ἡ λασικην, εύστοις δὲ τὴν κυανοῦς σφειροτυπης. πίστις ἐπιμηκης, πλατεία (vetus pro πλατεία, σφιδος) μιλινατοῦ τὸν επιφανειαν, ἵδην λασικην, διατύλουν μετάλουν τὸ πάχον. (vetus addit μακροφυλλον) καὶ αὐτὴ διαδόθης καρπηδος τούτου. Φύεται δὲ εἰς πεδίοις καὶ τρεχότοις τοποῖς. Eryngium est in aculeatarum stirpium genere; cujus folia primo germinatu muria condita in cibos, oleris vice recipiuntur. lata autem sunt, & extremitate aspera, gustu aromaticæ. sed ubi augeantur, circa complures caulinum eminentias in spinas aculeantur, in quorum summitatibus globosa sunt capitula, spinatum acutissimum durissimumque ambitu stellatim circumvallata. Horum color alias viridis, nunc pallidus, alias albus, interdum etiam cæruleus invenitur. radix oblonga, lata, in superficie quidem nigra, intus vero albicans, pollicis crassitudine: que & ipsa odorata est, & aromaticum quiddam recipit. nascitur in campestribus & asperis locis. Eryngium ergo ruthrum esse non potest, ἡρυγγία, vel, ut apud Theophrastum lib. 6. cap. 1. ubi inter ea recenserunt, quæ spinosa habent folia, legitur, ἡρυγγία, nomen accepit ut viri docti scribunt, ab ιερνη eratando. quod caprae, quæ morsu surculum eryngii præciderint vel degluterint, cunctum gregem pone sequentem, quasi stupore attonitum sstant, donec eryngium ructu rejecerint. Plutarchus libr. 7. symp. quæst. 2. Καὶ τὸ ἡρυγγίον (male inquiunt viri magni ἡρυγγίον) ο μικρος εἰς τὸ στεγανόν τοῦ λαβεσσον, απαντι φίσιται τὸ απόλιον. ιερνης δὲ ιερνης πεσταλην οὐ αιπές. Aut quæ causa est, quod capra eryngium in os sumente, totus subsistit grex, tantisper, dum accedens caprarius eximat. Idem repetit libello maximè cum principibus viris Philosoph. esse disput. sed ibi ἡρυγγίον male legitur. Τὸ ἡρυγγίον τὸ βοτίνον λέγοντο μᾶς αἰρετος εἰς τὸ στεγανόν τοῦ λαβεσσον, αὐτού τοι πεστον οὐεινδον καὶ τὸ λοιπόν απόλιον ιερνης, μιχεις αὐτὸν οὐ αιπές ιερνης πεσταλην. Eryngium herbam ajunt, si una capella in os sumat, ipsum primum, mox totum gregem subsistere, donec accedens pastor ori eam eximat. Theophrastus Lib. 22. Καὶ τὸ ζελατον φένεται. Αλλὰ οὐ αἰρεται, οὐτοι λαβεσσον τὸ ἡρυγγίον εἰς τὸ σόμα μίνει, καὶ τὸν ἀλλας ιερνης ποιοι. Cur capra sumpto ore eryngio, & ipsa manet, & alias inmanere faciat. Atque hæc sunt, è quibus etymon jam narratum composuerunt doctissimi Botanici. Sed locista omnia corrupta. Non ἡρυγγίον, sed ἡρυγγία scribendum, vel, ut apud Plutarchum legitur, ἡρυγγίον lib. 7. symp. Ubi male corrigunt ἡρυγγίον, quomodo & interpres legit. Aristoteles

Stoteles lib. 9. hist. Animal. cap. 4. aphorif. libr. 71. rō, οὐτε ὅτι τοῦ μητρὸς λαβένται τὸ μέτερα τὸ ἡρύχεον (τὸ δὲ οὐτοὶ θῆται) εἰς ἀκάνθαν ιστεῖν πάτερα μεμαστόρθεον, οὐ βλέπονται εἰς εὐείλων. Capra autem unius si summum aruncum, qui vittæ specie est, apprehendat, illico restinunt alia stupide spectantes illam. Plinius lib. 8. cap. 50. ubi de capris agit. Dependet omnibus mento villus, quem aruncum vocant: hoc si quis apprehensam ex grege unā trahat, cetera stupentes spectant. Facilis ἡρύχεον vel ἡρυγγίον in ἡρυγγίον lapsus. Sed eryngium non mandit capra, & si vel gustarit, statim rejiciet, quippe spinis suis vehementer lèdit, nec retinebit usque caprarius veniat, aruncus autem dentibus inhæret, nec expui potest. eryngii ergo etymologia à causa dicta non est. Errandi occasionem præbuit Plinius, qui loco citato adjungit, id etiam evenire cum quandam herbam aliqua ex eis momorderit. Hinc viri magni suspicunt, eryngium hac facultate præditum; quod tamen falsum est. Nicandri Scholia festivitatem vicinitate deceptus eryngio adscribit, & quidem ex ipsis Aristotelis verbis, quod arunco Philosophus. Locus miserè laceratus est; desunt non pauca. Sic ad hunc versum ήτού γένεσιον καὶ αὐλίθετος αἴγισθον, inquit, ἡρυγγίον βούτην ιστεῖν ἀληθερόν οὐτοὶ αἴγισθον ἡρυγγίον. λαβένται τοινῦν τὸ ἡρύχεον Εἴ τι αὐθιμάδονς αἴγισθον τοινῦν πίστεις ιστεῖσθαι ποιησον, οὐ τείχις πόνον. οὐτοὶ Αριστοτέλης Αἰγαλεοτύρεος τοινῦν φησι. νικησάταις αἴγισθον Αἴγισθον ποτερουμένων, Εἴ αὐτοὶ ιστεῖσθαι οὐτοὶ ιπαγλαυχουμένων. Quilibet satis videt, hæc valde lacera esse, quis sensus sit ex Aristotele facile pater, nusquam dixit, si ex capris eryngium gustet, cæteras omnes subfistere. Scolia festivitatem hunc vel similē sensum scripsit, ιστεῖσθαι οὐτοὶ οὐτοὶ ιπαγλαυχουμένων. Si ex caprarum grege una, campo in quo eryngium nascitur transiente, degustari, ipsa, totaque grex subsistit. Ηρυγγίον vel ἡρύχεον dicitur τὸ Ηρύχεον & Ηρυγγίον, quod multis capitibus dotata & grata sit. Hesychius, ιγκέσ ιγκέφατος. Latinorum plerique, ut Plinius libro 22. cap. 8. docet. Ex his candidam nostri centumcapita nominant, à numero capitum quæ in summo ob-

Eryngium.



tinet. Vel ηρύχεον dicitur quod τὸ ηρέν sit ηρυγγίον quod verno etiam tempore molestus sit suis spinis, quibus facile lèdit, vel, quod radicem habeat longè lateque per agros serpentem, rusticis admodum molestam. Dioscorides unius tantum eryngii meminuit. Plinius libr. 22. cap. 7. duo novit, ubi hæc tradit, Et clara imprimis aculeatarum eryn-

gē est sive eryngion — ipsa dura fruticosa spinosis foliis, caule geniculato, cubitali majore aliquanto, alia albicans, alia nigricans, radice odorata, & sativa quidem est, sed & sponte nascitur in asperis saxosis, & in littoribus maris, diuinior nigriorque, folio apii. Postremum illud falsum est, videtur alibi apud Græcum auctorem οὐτοὶ legisse, cum οὐτοὶ scriptum sit. Recentiores plura observarunt genera, sed duo tantum pro legitimis, reliqua pro spuris habentur. Pro veris agnoscunt, quod marinum & quod campestre vocamus. Marino folia primo teneriuscula sunt, neque statim aculeata, deinde lata, malvaceis ferè similia, sed marginibus angulosa durisque spinis circumsepta, pinguis, è cæsio candida, gustu aromatico; Caulis crassus, dodrante altior, inferius subinde non nihil rubescens, cacuminibus vero capitula proferens spinosa ac globosa, nucis ferè magnitudine, senis ut plurimum spinosis foliolis cauliculi fastigium orbiculariter ambientibus incombentia, quæ una cum capitulis cæruleo nitent colore: flosculi autem è capitulis similiter cærulei, staminibus mediis candidis: Radix digitæ aut pollicis crassitudine, valde longa, & adeo prolixa, ut tota extrahi nequeat, nisi admodum raro, aliquot locis nodosa, candicans, sapore dulcis & grata. Apud Belgas in tumulis arenosis littore marino nascitur, veluti & in Italia & alibi. Iunio Iulioque mense floret. Alterius eryngii folia multiplicantur in varias particulas dissecta spinis secundum margines horrent: caulis in complures alas divisus capitula promittit spinosa, sed quam marinæ minora, à quibus & flosculi cærulei exeunt, raro lutei. Subsunt & singulis horum sex aspera pungentiaque foliola, ut prioris, sed tenuiora, minoraque: Radix hujus oblonga quoque, foris nigricans, intus albida, digitum crassa, sapore & odore alterius, veluti & folia ipsa gustu aromatico, quæ recens enata, & adhuc tenella, esui etiam apta sunt. Per utramque Germaniam locis incultis, asperis, etiam quandoque saxosis fecusque vias frequens reperitur. Floret quo prior tempore. De spuris eryngiis vide Dodonæum, Lobelium, Mathiolum. Ex iis quæ hactenus dixi satis constat, eryngium non esse rhuthrum Theophrasti. Malè ergo Plinius vertit eryngium. Fortassis excubientis hic error, qui eryngium legit, cum rhuthrum scriptum esset à Plinio. Cæterum, quæ planta ex carduorum generibus ποτεροὶ dicta fuerit, difficile affirmari potest, quod unicam tantam no-

Carduus Stellatus.



tam hujus tradiderit Theophrastus. Cæterum duæ plantæ cardui nomine donatae, quæ præter cacumen spinosum, nullos habent aculeos, Carduus stellatus, & spinosa solstitialis. Stellatus carduus, tametsi carduus appellatus, nusquam tamen spinas, quam in solis capitulis gerit. Folia ejus initio oblonga, dodrantalia, molli lanugine hirsuta,

hirsuta, secundum margines grandibus incisis laciniosa: inter quæ cauliculi cubitales, aut altiores, in alas quam plurimas divisi, fastigiantibus oblongis, haud magnis, numerosis capitulis, principio ex viridi rubentibus, poste albanticibus, quæ longæ, acutæ, durissimæque spinæ in modum radiantis stellæ ambiunt; flosculis purpurei; communiter subrubentibus, aliquando albis. Prolixa radix & tenuis est, foris nigricans, intus candida, carnosa, subdulcis. Passim in Zelandiæ, Frisiae, aliisque marinis locis reperitur, & in Germania. Galliaque frequens Carduus stellatus sive Sterre-disfel dicitur, quod spinæ, quæ capitulum ambiunt, stellam repræsentent. Utrum hypophæstum Dioscoridis hic carduus, cap. 5. examinabo. Falluntur qui πλανάγον vel πλανάγοντες existimant. Nam spinosa folia polycanthæ sunt, quibus hic carduus caret. Spinæ, quæ solstitialis dicitur, quod circa solstitium æstivum florat, vel, quod post solstitium spinæ ejus maximè pungant. Cardui stellati altera quædam species esse videtur. Neque enim alibi quam circa capitulum spinosa est, spinæ quoque ejus stellatum quoque digeruntur: caules cubitales, in ramulos pauciores quam stellari distribuantur, membranaceas, secundum longitudinem appendices habent, quibus quadrangulares apparent: folia longiuscula sunt incana, ab utraque parte profundis sectionibus laciniosa; Flosculi ex staminibus compacti lutei, semen exiguum: radix oblonga, tenuis. In hortis apud nos seritur, & ex deciduo semine facile renascitur. In agro Monspeliensi sponte provenit. Facete hue videtur & alia jacea luteæ nomine descripta, folia secundum radicē profundius dissecta habet, superiora vero, quæ per virgas sparsa sunt, jaceæ nigræ similia, duriora aliquantulum, & candicantia, gustu utcunque acido. Capita in summis virginis enī sylvestris majora, perquam spinosa, è qui-

ΚΕΦ. Δ.

De cneco sylvestri, ejusque generibus, ac de acarna iterum, & fuso agresti, carduoque, & carduopinea: de cacto etiam, quæ tantum in Sicilia nascitur. Tum eorum, quæ spinosis foliis constant, juxta aculeum quadam folium gerere.

Necum " sylvestri , urbanoque discernuntur. " Cneci duo Sylvestris genera duo notantur , alterum urba- num admodum simile , recticaulius tamen. Quamobrem ex eo mulierem priscarum nonnullae † colu utebantur. Fructum nigrum , majuscum, amarumque parit. Alterum genus densum est , caules- que sonceos profert , & quodammodo humicaule fit. Nam propter † foliorum molliciem declinatur , pro- cumbitque ad arva. Fructum " amarum , frequentem , barbareque modo hirsutum gignit. Sunt ambo semi- nosa , verum sylvestre copiosius fert. Ejus peculiare pra' aliis sylvestribus est , quod illa duriora spinosio- raque urbanis proveniunt : hoc autem , mollius , ac levius constat. † Acarna quoad simplici ratione ex- primi licet , aspectu cneco urbano similis est , colore flavicans , succo pinguis. † Fusus agrestis his can- didior est , habetque peculiare , quod in foliis eve- nit : decerpta enim , carnique allata , succum sanguineum effundunt. Qua de causa Φόνος , id est , crux , à quibusdam spina est haec nominata. Gravis etiam odore , cruentumque repræsentans , fero perficit fructum. Autumno enim & quidem in totum (ut summatim proponam) universa " spinaceorū natura fructus , serotina existit. Haec autem omnia tam semine , quam radice proveniunt , ita ut breve quoddam inter ortum & semen perfectionem labatur spacium temporis. Cardui non solum peculiare illud notatur , quod radicem vescendam tum decoctam , tum crudam obtinuit , sed etiam quod eandem optimam habet cum florescit. quodque radix durescens lacteum succum emittit. Floris quoque proventum peculia- rem putaveris: etenim circa solstitium incipit. † carnosam , ciboque idoneam partem crassifcentem for- titur. Ortus autem ejus non spinosus , sed oblongus fieri assolet. Quod proprium habent tantum , in eo-

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

\sum Πλίνιος. Colu, Theodorus Plinium sequutus. Qui ignotam Cnicon Italie scribebat. Cæterum sylvestrem Cnicon non potuit ignotam quispiam profiteri: quippe que vel frequentissima est.

Δια τούς οὐαλαχθέα τῶν φύλων κατεκλίνεται. Non potest mihi persuaderi, plantam illam inselecti propter foliorum molliitatem, nisi quid deest aliud : legerem τῶν καυλῶν.

Kαρπὸν τὸ πικρόν. μάργαρον. Deest, τρόπον: aut, ὡς: aut tale quid. Theodorus etiam videtur legere, πυρών. frequentem. Quippe mox, πυρωτείης.

*H*oc ageret. Acarnam facit hic similem miti cartamo. Acornam in primo, docuit habere spinam pro folio. Ergo Hermolaus non bene eandem fecit, cum dicit, *Acarna, sive Acor-na.* In Indicis navigationibus agnoscunt eiusam Acarnam: aut illi non absimilem. Apud Vasinges frequentissima est.

"On two the ælges ^{is} òne ar̄hei. Mira natura, & à cæ-
ris diversa, ac notanda aduersus vulgatos canones el̄egorpias.
Florēscitibus enim aliis radix deterior.

*H*ec *κίνησις* *τοιχίων* *ακαριδίδης*, *αλλά* *περιμένεις*. *Lege* *ακαριδίδης*.
Theodorus legit, *αγριόδης*. *Comparat enim* *αρτεσχαμμίων* *cum*
Chamaleonite, *idque duabus ex partibus*, *τῷ* *ακριβέστερῳ*, *εἰς* *τῷ*
φυλακώντι. *Itaque mox etiam lego* *ακριβέστερον*, *non* *καρπίζει*,
ut scriptum est, *neque* *ακριβέστερον*, *ut emendant*.

JOANNIS BODEI A STAPEL

Kνίκης, &c.] Modo per ἡ, modo per ἵ scriptum alibi pluries legeris. Per ἡ apud Theophrastum, & Ἐγι-
neram. Per ἡ apud Dioscoridem, Galenum, Αἴτιον, Ari-
stotelem lib. 5. Hist. Animal. cap. 19. Τίκτε ἢ πόντε σα-
λπάτα. ταῦτα γένοται πολλοὶ ὄμοιοι κνίκης σπι-
γατα. τὸν δὲ γεγγυμα, Pariunt autem omnes vermem, præter
papilionum genus quoddam, quod edit durum cartami se-
minis simile, cum medulla intus. Doctissimi Literatores
& Critici omnes præferunt, propter seriem alphabeti-
cam Hesychii, scripturam per ἡ. Ego, salvo meliori ju-
dicio, puto veteres per ἡ, recentiores per ḥ scripsisse, &
Aristotelis locum citatū corruptum existimo, librarium
que pro κνίκης, κνίκη legisse, quod tum temporis κνίκη
diceretur. Κνίκη à floris colore luteo dicitur. Hesychius.
Κνίκης, τὸ κερκίζεις γένομαι ἐν τῷ αὐθεν, ὅτι ἢ ἐν τῷ καρπῷ τὸ
σκῆνι. Cnecon color croceus, quando de flore sermo est, candidus

rum genere, quæ foliis constant aculeatis. E diverso, quam \neq vermilaginem, habere videmus. Illa enim \neq ^{chamela}_{ontem.} tametsi non aculeato folio constat, tamen acani speciem gerit: senescensque flos, in lanugininem, papum vocatam, convertitur, modo laurini, myrtini, & cæterorum generis ejusdem. " Pergit hæc ad æstatem usque aliud parturiens, aliud florescens Semen illud humoris aliquantulum continet, aculeoquo armatur. Folium cum arescit, remittitur, nec quam amplius pungit. \dagger Carduus pinea haud multis provenire in locis potest. Est ab radice foligera, qua de media seminalis acanns, veluti malum extuberat: foliis nimirū occultatus. Hic lachrymam jucundi saporis parte profert postrema, \neq quam spinalem masticham vocant. Hæc igitur ejusmodi genera omnibus fere terris possunt comperiri. Quæ autem cætus nuncupata est, in Sicilia tantum nascitur. " In Gracia nusquam habetur sui generis planta. Hæc enim statim ab radice caules repentes in terram mitit, folio lato, atque spinoso. Caules hos cactos appellant. \dagger Desquamati cibo idonei sunt, paulo amaricantes, & reservare eos aqua salsa conditos confuerunt. Alium vero caule erectum producit, quem pternicem vocant. Is quoque cibo aptus excrescit, sed reservari non patitur. \neq Fructus in quo semen, spinata specie est: verum exemptis lanuginosis semi-nibus, is quoque vescendus relinquitur, & cerebro palmæ \neq similis est. Scaliam \neq eum appellant. Ergo quæ spinosis foliis constant, differentiis ejusmodi persequi congruum est. " Quædam vero folium juxta aculeum gerunt: ut phleum, inturis, ononis, tribulus, lappago, spinamurilis, alia pleraque. \dagger quam acanthicen, mastichen. " In Grecia enim non nascitur pellucida planctae, ab aliis diversa natura. hæc enim. e. \neq id. " Quædam vero præter spinam folium habent, ut pherion, ononis,

*Παραγονθάτης. Adde iā̄s, vel iā̄s. Aut lege αὐθεντήσῃ.
Et tria ponit. καῦς: hoc primum. Deinde αὐτός. Tum autem
παρεμβάτης. Sic lege. Consequuntur hæc inter se ad æstimationem
nusque. Primum concipit, Deinde floret, Tum semen instituit:
idque non sine aliquantulo humore per initia: mox e-
tiam aculeum addit. Itaque leges, κίνητος: non autem μέτοχος.
Διαχωρίστηκε. Theodorus, remittitur, solvitur, deponit rigo-
rem.*

Kaj teto ĝis n' aindigo, n' n' mastigo. Lege n' akadik' n' mastigo.
Ex Plinio.

Ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἡ σύντομη ἀπόδειξη τῆς ἀλλαγῆς φυτών. Theodorus, Græcizæ nusquam habetur sui generis planta. Si interjecto puncto separas: oratio sanc̄ mutata fine verbo, sic, Græcizæ nusquam habetur sui generis planta. Τὸ δὲ φύλακον ἔχει, εἰς αἰκανήδης. Theodorus legit, τῶν αὐτῶν, εἰς αἰκανήδης. Item deest, κάκτους καλεῖσθαι τοὺς κώνωπες, κάκτους. Et, τοις πόμινοι, lege: non, τοις λεπτόφρονι. Theodorus, desquamati, decorticati. Squammas enim habent nullas. Lege ἀλλαγὴ non, αὐτ. Εἰς πατητικὸν, non πατητικὸν.

Ta^τ μ^η οὐ φυλάκαρτε. Hinc aliud caput. Theodorus omisit, πινακίδεσσον. Et spinamurilis ab eo dicta est μνάκιδ^θ. Muspinus concinnius: ut, Muscipula.

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

quando de semine. Hinc Grammatici ~~κανός~~ modò ~~περι~~
rufum, modo λευκόν candidum vertunt, & exponunt.
Hesychius. Κράκος & λευκός, καὶ ἔός πατέρων οὐ καὶ τρίποδες
Cneus, albus, & serinis quoddam genus & rufus. Idem
Κράκος, λευκός, περιπότης. Nemo ignorat ~~κανός~~ & ~~κράκος~~ idem
esse; Dores enim per ascribunt, quod cæteri per h. Kil-
kou nomen accepit ~~κανός~~ τὸ κιλκίς, quod pungere & mordere
significat, vel ~~κανός~~ τὸ κιλκίς, quod pungendo pruriginem
excitet. Id verò sylvestri rectius quam sativo quadrat. Phar-
macopœi carthamū vocat, voce vel à Mauritanis mutua-
ta, quibus Barten dicitur, vel ~~κανός~~ τὸ καρθαμίς quod est pur-
gare. Cnici genera tria novit Theophr. unū domesticum,
sylvestria duo. Diosc. an unum, an duo descripsit, non
satis constat. Utraq; sententia suis nititur argumentis, &
suos habet auctores. Plinius vocū vicinitate deceptus, rici-
ni & cnici historiā confundit. Nos primū quæ Theophr.

simil ea quae Plinius, cum quae Dioscorides docet examinabimus. *Tūs κύνγος οὐ εἰσί.* Scribe, *τὸς κύνγος δός οὐτὶ γέν.* *η μὲν δός, &c.* Verte. Cneci duo genera, *sylvestre* & *domesticum*, *sylvestris* item duo genera notantur, alterum *urbano*, &c. Plinius lib. 21. cap. 15. Multas præterea ignobiles habent, sed maxime celebrant (*Ægyptii*) *cnicus*, *Italica* ignotam, *ipfis autem oleo, non cibo gratam*. Hoc faciunt è semine ejus. *Differentia prima, sylvestris & sativæ.* *Sylvestrium* due species, una mitior est. Turpiter *Kiri*, quod Græci aliter *Kognos*, Latini *ricinum* vocant, cum cneci confundit. Ex *Kiri* oleum siebat, quo utebantur *Ægyptii*. Vide Dioscoridem lib. 1. cap. 38. Hoc Italiae ignorum. Idem ab *Ægyptiis* expetum. Hujus plura genera Græci non tradunt, sed carthami Italiae satis noti, nec ab *Ægyptiis* celebrati. Malè ergo vir magnus corrigit; Sed maxime celebrant cici Italiae ignotum. Ex cici semine apud *Ægyptios*, teste Dioscoride, exprimatur oleum, *οὐ δὲ Αἴγυπτοι οὐδὲ ἀρχιλέας (Par. δαφνίως) λεῖψαι, ἐπειγούσις αὐτὸν σκευάζουσι.* At *Ægyptiis* quoniam copiosum ipsius expetunt, aliter conficiunt. Certum ergo, *Ægyptios* ex ricino expressissime oleum. Sed Plinium *Kiri* scripsisse, quæ sequuntur prohibent: de ricino quippe accipi intelligique nequeunt. Cnecum planè ex Theophrasto describit. *Differentia, inquit, prima, sylvestris & sativæ.* Scriptis ergo Theophrastus, ut dixi, *τὸς κύνγος δός οὐτὶ γέν.* *η μὲν δός, &c.* *τὸς καρποφύτεως σφέδεα τὸ ημέα, &c.* Ita scribe, non *η*, ut ediderunt. Pergit Plinius. *Sylvestrum* due species, una mitior est, *simili caule, tamen rigido.* Nihil de caulis rigiditate Theophrastus, sed de rectitudine. Scribendum ergo, *simili caule, tamen rectiore.* *διὸ εἰ πηλοῖς ιναὶ τὸ ἀρχαῖον ἔργον γραντῶν.* Plinius; *Itaque & colu antiquæ mulieres utebantur ex illis. quare quidam attractylida vocant.* *Πηλα* vertit colum. Atqui *πηλα* sunt fusi. Epigramma antiquum.

— Καὶ τὸ τεχνῶν

Πάντα. Catullus,

Currite ducentes subtemina, currite fusi.

Cnecum attractylida vocari, ait. At attractylis, & cnecus, teste Theophrasto & Dioscoride, plantæ sunt diversissimæ. Unde igitur habet Plinius attractylida vocari? *Ἄτρακτον* id est dictam autumat, quod *πηλοί* ex ea factis uterentur mulieres. *Ἄτρακτος* enim idem quod *πηλοί*, paryus nempe *ἄτρακτος*. Suidas. *Πηλος οἱ ἄτρακτοι εἰς οὐ εἰδῆται τὸ κερατον.* Fufus quo revolvitur trama. Fefellit etiam Plinius, quod Dioscorides, Galenus, Hesychius tradant, attractylida sylvestrem vocari cnecum. Sed utrum cnecus sylvestris prior, & attractylis una eademque, an diversa planta sit, capite hoc codem, ubi de attractylide nobis erit sermo, disputabitur. In Aldino & Basiliensi codice non *πηλοί*. sed *πηλντοί* legitur. Plurimi Aldinam lectionem improbant, & *πηλντοί* restituunt, aliqui eam probant. Sic enim Columna, *Nos autem quia nominis etymon facit, & nominis attractylidis rationem reddere videtur, verbum illud etiam πηλντοί considerandum censimus, quod minus usitatum videtur, & à lingua Græcæ observatoribus corruptum putatur, ut non πηλντοί, sed πηλοί legi oporteat.* Sed *πηλοί* variè etiam accipitur, ut tam fusum quam licinum & stamē significet, & πηλντοί tam splen, quam emplastrum, aut illud aliud medicamentum accipere possit, ut deinde aptè collocari imponique posse. In hac igitur varia verborum significazione, minusque cognita, magis antiquum atque gravem auctorem Plinium, multarū linguarum interpretēm, quibus auctores, quorū ope suam historiam compilavit, varia suo idiomate conscriperant volumina, sequendum, ac retinendam interpretationem censemus: in qua non minus versionem verbī, quam rei historiam attendendam: nec, ut alii. Ruellium in hac parte sequendum curamus. Nam & plante hujus caulis ab imo nudus, & propriè sumnum foliosus ac divisus, capitatusque, cneci modo, ut illum Dioscorides descripsit, colum potius, quam fusum representare videtur. Retulit nobis Græcus natione litteratus, pro colum accipi verbum πηλντοί, quia spleni hærens colum, latèri fitigur ad nendum. Haec tenus Columna. Vulgata tamen magis placet lectio; quod Hesychius, Suidas, Pollux, ceterique Grammatici tradant *πηλοί* colum significare. Nusquam *πηλντοί* colum vocari legi, & nimis longè petitus, ideo *πηλντοί* vocari, quod spleni hæreat. Sequitur; *πηλντοί οὐ ικανοί μέσαν, &c.* Plinius, *semen ejus candidum, grande, amarum, &c.* Semen cneci hujus sylvestris candidum facit, quod disertè Theophrastus *μήλαν* esse dicit. Doctissimorum virorum sententia est, Plinium cnecum sylvestrem cum sativo confundere, cuius semen candidum est. Marent alii, Plinium semen immaturum describere, Theophrastum vero maturum; quod primo ex albo purpura-

scit, deinde flavescit, postea nigrescit. Sed non solet Plinius ex autopisia, verum ex Græcorum codicibus describere plantas. Probabilis ergo, utriusque cneci histriam ipsum confundere, nisi fortè, quod *πηλοί* color albus sit, putarit & cneci semen album esse. *Η δὲ ιτέρα δασιά, &c.* Plinius, *altera hirsutor, torosiore caule, & qui pene humum serpat, minuto semine.* Aut pro *συγκάδεις, σπερκάδεις* scribendum, aut male legit Plinius. Postremum probabilius. *Συγκάδεις* caules dicuntur sonchi modo fragiles, leves, inanes. Pauci ex carduorum genere carnosí, plures sonchū *αεμιλantur.* Lego, cum magno Scaligero, *αὐτὸν φύλλων καυλῶν.* Nulla quippe planta propter foliorum, sed cauliū flectitur mollitiem. *Καρπον οὐτὶ ικετη πικρόν παρανόθην απερματώδεις πάσαι, &c.* In Aldino & Basileensi, *καρπον οὐτὶ ικετη πικρόν πάσαι οπερματώδεις.* Rectè Scaliger deesse *περπάνη*, aut *ως*, scribit. Theodorus legit, *πικρόν επικάδην.* Corrigunt alii, *περπάνη οὐτὶ ικετη πικρόν παρανόθην απερματώδεις; βίζα πάσαι πλειόνες, μιζούσ οὐτὶ πικρόν πάσαι άγριος, &c.* *Fructum amarum gigant, barbatum semen, omnibus radices multæ, majores & densiores sylvestribus.* Sed cnicis omnibus unica radix; nullum genus *πολύπλικον.* Nos vulgatam probamus, nisi quod pro *πικρότεροις, πικρότεροις* restituamus. *πικρότεροις* scilicet *πικρατα.* Verte, *Fructum amarum barbaque modo hirsutum gerit, omnibus semen copiosum, sed plura & majora sylvestribus.* Eorum peculiare *præ aliis sylvestribus est,* &c. Ceterum Plinius *αὐτὸν πικρόν, πικρόν legit.* *Minuto, inquit, semine,* quod falsissimum. A Theophrasto, Plinioque ad Dioscoridem, devenio, qui carthamum describit sativum lib. 4. cap. 190. *Κύνος φύλλα ικετη επιπλακη, συπερμαθρητικα.* (Mathioli codex habet, *πικρία*, utraque lectio tolerabilis: sunt enim aspera, & crassiora) *ακανθώδην, καυλούσιον* *πικρότερος* *πικρατας.* *αὐτὸς περικαρπον, σπειρματα περικαρπον, επιπλακη, συπερμαθρητικον.* *Cnicus foliis conflat oblongis, per ambum divisis, asperis, aculeatis, caulis cubitalibus, & in eorum cacumine capitulis thallias magnitudine: flore croci, semine candido fulvoque, oblongo, anguloso.* Rectè Ruellius *αὐτὸν καυλούσιον πικρατας* restituuit *καυλόν πικρατον.* Plures non fert caules; uno è terra assurgit, qui in superficie in plures ramulos dividitur. In summo fert *κεφαλὴν καὶ μήλων θαλλίας.* Supra *θαλλίαν* dixi, oleæ ramum germenque esse. Interpretus foret qui huic compararet capitulum carthami. Interpretates legerunt, vel *κεφαλὴν καὶ μήλων μεγάλης ἡσαίας, caput magnitudine grandis olivæ, vel κεφαλὴν καὶ μήλων ισαίας, caput magnitudine olivæ.* Postremæ lectioni favet Oribasius, vel faltem eius interpres. Hanc cur improbem, caulfam video nullam. Fortassis pro *θαλλίας* Dioscorides, quod propius ad vulgatam lectionem accedit, scriptis *ηγοις, id est, νυκις amygdala magnitudine.* *Αὐτὸς πικρότερος καρπον, capillamenta intellige crocina, quæ quondam obsoniis miscerantur, ut scribit Dioscorides;* *ποτὴ τὸ ἀργεῖοντας εἰς τὸ πικρόν πικρατα.* illo flore in obsoniis utuntur. Nostris mulierculis inservit, crocino splendente colore, pavimentis, murisque querincis poliendis ac inficiendis. Flos hic recentiorib. Græcis, maxime Chymicis, *κυνικοῦ θαλλίας* dicitur. Rosimus *πικρότερος εἰς κυνικοῦ θαλλίας.* Glossarium Chymicum, *πικρατας κυνικοῦ θαλλίας.* Sequitur, *σπειρματα λαβοντα πικρότερον.* Hæc maximam habent difficultatem. Quidam *αὐτὸν πικρότερον*, vel *πικρατον* restituendum existimant. Neutrum probo. Dulce carthami semen est, nullam habet amaritudinem. Ergo *πικρόν* locum non habet. *πικρατον* non scripsisse Dioscoridem, quod sequitur satis docet. Quorsum enim *πικρατας* diceret, si *πικρατον* tradidisset? Quis ignorat tritici semen oblongum? Frustra ergo dixisset, esse triticeum & oblongum. Perperam, inquit alii, verba hæc suspicta sunt. His enim verbis clarissime Dioscorides innuit, cneci semen ex albo & rufo mixtum esse. Nec enim dicere vult hoc semen alibi candidum, alibi rufum reperiiri. Ita quippe scripsisset, *πικρατας λαβοντα, η πικρότερον*, ut de leucoio & eryngio, & alijs scriptis. Vetusissimus Dioscoridis codex sic plane scriptum exhibet, *λαβοντα η πικρότερον.* Frequenti in usu carthami semen terræ committo, nunquam ex albo, rufo colore mixtum videre licuit; albissimum est. Illud tamen fatendum, in in veteratis seminibus, ad eam partem quæ in acutum magis definit, lineam aut maculam ignei obscurioris coloris conspicit; quod non punto observasse Dioscoridem, qui non in veteratum, sed recentem descripsit. Ego vel voces, *η πικρότερον, delendas puto,* vel scribendum, *λαβοντα, η πικρότερον, album, aut rufum.* Norunt Botanici duo reperiiri cneci sativi genera; unum asperius, flore coeruleo, semine rufescente, plurib. caulis: alterū flore croceo, caule singulari, semine albo. Et hec causa, cur *πικρατας πικρατας* scripsit. Objicit quis; Ergo Dioscorides non unum genus, sed duo delineavit; & si duo, male fecit quod

quod non admonuerit. Sed Dioscorides non solet differentes facere plantas, si levis tantum differentia, nullumque in viribus sit discriminem. Porro carthamus flore croceo, caule assurgit singulari, recto, sesquicubitali, aut altiori, tereti, duro, lignoso, ex caulo albicante striato; ramis à superiori caulis parte copiosis individuis, dodrante

anno perit. Seritur in hortis & agris. Apud nos sata pro-
venit, sed raro semen perfectè maturum reddit. Cartha-
mus cæruleus, sive perennis, statim à radice exit, binis/
ternis, aut quateris cauliculis pedalibus & cubitalibus
firmis, duris, lignosis, per quam rariissime aliis ramis, ut
vulgaris præditus. Folia penè cnici vulgaris, candidiora,

Cnicus, seu Carthamus.



Carthamus cæruleus. Cnicus alter Clusii.



longioribus, rectisque. Quæ caulem ambiunt folia, non magnis intervallis distant, longitudine ferè trientalia sunt, latitudine unciam excedentia, posteriore sui parte in obtusum mucronem desinentia, anteriore vero in oblongum acumen, præfixo brevi & infirmo aculeo fastigata, colore viridia, glabra, crassa, verna, per ambitum plerumque minimis, innocentibusque aculeis horridula, & sine pediculis à caule exeuntia; quæ autem ramulos vestiunt his similia sunt, sed minora. E ramolorum summitatibus capitula eminent rotunda, acanacea, in latum turbinem fastigata, magnitudine majoris olivæ, aut aliquantulum majora, oblongis, acuminatis, & aculeatis squamis composita, radiantibus circumquaque foliolis, aculeis pariter rigidibus, & syderis faciem representantibus, partim in obliquum erectis, partim rectâ in transversum acuminatam cuspidem prætendentibus, partim etiam demissis circumvallata. Ex his majora sunt sub capitulis orta ac demissa, minor a vero subrecta, quæ superiore locum obtinent, & rufci foliorum magnitudinem & figuram referunt. Flores à mucrone capitulari erumpunt staminei, graciles, copiosi, & densè constipati, crocini capillis æmulati, saturato luteo colore, ad croci accidente, splendentes, sapore amariuscule & modicè tenui. Quibus collectis, fullones luteo colore lanas tingunt, ipsum crocum æmulantes: mulierculæ autem, ut dixi, muros, pavimentaque quercina poliunt, insificantque. Inferior florum pars, capitulis inclusa, in parvos resolvitur pappos, sub quibus sunt semina angulosa, modicè acuminata, candida, & circa acumen non nihil quandoque rufescens, nitida, atque hordeo ferè similia, paulo tamen majora; foris laevi, duro, lignosoque cortice, intus candida, pinguique medulla, gustu dulci, subtenui, & aliquantulum nauseolo constantia. Radice nititur oblonga, gracili, fibrataque, & inutili. Floret Iulio, Augustoque mensibus. Semen interea perficitur, & radix eodem, quo sata,

paulo longiora, & pluribus venis distincta. Capitula cni-
ci è squamis imbricum instar, sibi invicem impositis, con-
flata, in quibus stamina cærulea, nonnunquam alba. Se-
men cnici vulgaris semine minus & subrufum. Radix
pollicaris crassitudinis est, carnosa, succulenta, foris fusa-
ca, non annua, ut vulgaris radix, sed aliquot annis inter-
dum permanens. Observatione dignum, hujus capita non
solum araneosa lanugine inter septa conspici, sed recisa
succum luteum ex venis fundere. Circa Cordubam in se-
getibus, & agro Hispalensi, ut monet diligentissimus Ca-
rolus Clusius, invenitur, ibidemque Majo, Junioq; floret.
Apud nos in hortis colitur, nec florem ante Iulium, Au-
gustumq; emittit mensem; adversus hyemis injurias non
nihil muniri debet. Qui genus hoc pro cnico sylvestri
priori habent, falluntur. Nam fructum non habet ma-
gnum, amarumque, sed vulgari cnico minorē & dulcem.
Alii cnicum sylvestrem priorem contendunt carlinam
sylvestrem Dodonæi esse. Altero à satione anno caulem
emittit dodrantalem, aut altiore, in ramulos aliquot
distributum, rotundum, foliis ab uno ad summum usque
exiguis, crispis, oblongis, dissectis, marginibus asperis,
ac valde spinosis, carlinæ æmulis, colore cineraceo, in
caule singularris, in ramulis vero pluribus, sed minoris-
bus. In ramolorum summo capitula aculeata, in quibus
flos medio stamineus, ambitu foliolis subluteis cunctus,
forma sua stellatus, oculumque elegantissime exprimens.
Semen cum maturuit cyano cæruleo simile, crassius ta-
men, fortiusque. Radix, recta, tenuis, & acre resipit. Pas-
sim in locis incultis ac desertis, per utramq; Germaniam,
& quandoque in montosis reperitur. Plebecula, circa
Festum assumptionis Dię Virginis, hoc cardui genus col-
ligit, suisque sanguinibus adjungit sagmina verbenæ
propriæ vocata, id est, herbae putæ, quod ex loco san-
cto secantur à Consule, Prætore, Legatis, ad indi-
cendum bellum, aut foedus faciendum proficiscentibus.

F f f 3

Vide

Vide Festum. Verbenæ, teste Serio, Turnebo, aliisque viris clarissimis, non herbæ privatum genus dicuntur, sed rami, virgæ, frondes omnium sacrarum arborum, ut lauri, olivæ, myrti; quin etiam herbæ ex puro loco decerpitæ, quibus festis diebus aræ coronabantur. Terent. in Andria.

Ex ara hac sume verbenas tibi.

Plinius lib. 22. cap. 2. *Quoniam non aliunde sagmina in remedii publicis fuere, & in sacris legationibus, quam verbena. Certè utroque nomine idem significatur, hoc est, gramen ex area cum sua terra evulsum.* Vide Livium lib. 1. ab urbe, & lib. 10. Bell. Punic. Hæc obiter. Præ cæteris autem verbenis vulgus eos quærerit carduos, qui tres tantū ramulos in superficie habent, eosque, ut optimos præstantissimosque, reliquis anteponit. Hinc in utraque Germania *Dypp-distels*, quod carduum trium surculorum sonat, nomen accepit. Eadem *Drouwen-distel*, Divæ virginis carduus, vocatur; quod una cum cæteris verbenis die Divæ Virginis sacro, in templis consecrari soleat. Proinde silentio prætereundum non est, quod in hujusmodi genere carduum olim observavit doctiss. Tragus, qui duorum digitorum latitudinem habebat, utrimque crispis & aculeatis foliis vestiti; & cum ei unicus, & singularris esset caulis, unicum quoque latissimumque capitulum, aureo fulgens flore, admixto modico candore, ostendebat, miraculum ab omnibus haud vulgare existimatus. Hunc cneum sylvestrem primum Theophrasti esse volunt, quod nobis non placet. Primo, quod cnico urbano non sit satis similis, deinde quod fructus non sit magnus, sed vulgato minor, nec amarus, sed dulcis. Plura de hoc cnico capite de attractylide. Sunt Botanici, qui carduum Benedictum asserunt esse alterum cneci sylvestris genns; quorum sententiam probo, quia omnes notas habet, quas de cneco sylvestri altero tradit Theophrastus. Carduus Benedictus vocatur, ob admirabiles contra varios morbos vires. Carduus Benedictus caules aliquot ab una radice profert cubitales, aliquando majores, teretes, lentes & obsequiosos, in alas nonnullas effusos, rubentes, hirsutos, intus fungosos, & modice concavos (quos idcirco *συγκόδεις* recte dixit Theophrastus) cum locum & spacium nocti fuerint humi quodammodo accumbentes. Folia prope terram & circa caulem habet septem, aut octo uncianum longitudine, mediocriter lata, hirsuta, modice pinguia, utrimque laciniata, & inæqualiter dissecta, & cum adoleverint, per ambitum tenuis aculeis non adeo pungentib. armata. Ramulos è caulinibus emittit plures, foliis inferioribus multò minoribus vestitos; in quorum summitate acanacea sunt capitula, foliis parvis spinosis ac pungentibus, maximeque hirsutis stipata, longitudine unciam excedentia, crassitudine digitum, superius turbinata, squamis acuminatis composta. Flores è capitulorum mucrone per medium aculeorum emicant, reliquorum carduorum modo capillacei, colore luteo, ad croceum vergente. Semina habet oblonga, striata, terteria, colore cœsiæ, quibus superius pappi barbae similes sunt. Radice nititur annua, longa, gracili, primum carnosa, autumni vero initio lignosa, transversis fibris brachiata, & inutili. Tota herba, folia, capitula, flores, seminæ, amara. Eadem tenera pingui & tactu aliquantulum glutinosa lanugine vestitur, maxime ea pars quæ inter capitula, & his circumdata folia. Herbam hanc scribit Ruellius succum fundere sanguineum; quod negat Mathiolus. Experientia didici (quod ante nos observavit Fabius Columna, nobilis Neapolitanus, vir summus) capitula hujus cardui, antequam flores pandantur, & florida Majo mense (apud nos Iulio, Junioque) recisa succum sanguineum paucum fundere. Sponte nascitur, frequensque occurrit in Lemno, maris mediterranei insula, locis campestribus, vocaturque gaideracantha, id est, Asinina spina. Bellonius lib. 1. obser. c. 25. Qui à nostris vulgo carduus benedictus, appellatur sponte in agris nascitur, nec aliqua cultura indiget: Græci nomine corrupto gaideracantha, hoc est, asininan spinam nuncupant. Apud Belgas, Germanos, Italos in hortis colitur, Iulio Augusto floret, quo tempore ad medicinæ usus maximè colligidens, & reponendus est. Falluntur, qui cnicum sylvestrem alterum Theophrasti, acanthion Dioscoridis esse existimant. Dioscorides lib. 3. cap. 18. *Ακάνθης* (ventus inserit, τοῦτο εἰ κανίδης τείχων) ἐμφέρει τὰ φύλλα ἵξει τῇ λασιᾷ. *ἀκάνθην* (ver. epít. addit. περιονίζεται) ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθίδεις ἰσχός [καθ' ἀκγειοῦσθε τὸν κανθάρον] Vulgata exemplaria hæc nota [] conculca non habent. *Acanthium* (*huius caulis triangularis*) folia gerit spinae albae similia, in summo vero eminentias aculeatas, araneosa lanugine obductas. Corna-

rius, vir summus, pro καθ' ἀκγειοῦσθε τὸν κανθάρον legit, καθ' ἀκγειοῦσθε τὸν κανθάρον, In quibus est lanugo in star aranea tæla. Hanc sequuntur Interpretes, eadem Oribasii nititur auctoritate, quare probabilior: altera vero, quæ in Saraceni codice extat, habetur in Gonpyli codice. Sequitur, οὐ συλλαγμόν εἰ νόμον την θεμέτων βαμβακεῖδης γινεται. Hæc sic restituit Saracenus, οὐ συλλαγμίον καὶ οὐ φανερόν βαμβακεῖδης ιδέας γινεται φαν (verbum postremum in altero additum codice, εἰ qua collecta textas; vestes bombycinis similes fieri ajunt). Plinius libr. 24. cap. 12. *Huius* (scilicet spinæ albæ) *similis est spina illa quam Græci acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obducta: qua collecta etiam vestes quædam bombycinis similes fiunt in Oriente.* Si minus placet ista lectio, paucioribus immutatis, legere possit; οὐ συλλαγμόν εἰ νόμον την θεμέτων βαμβακεῖδης γινεται, quæ (lanugo) collecta εἰ in unum coacta bombycis speciem præse fert. Verissima lectio, οὐ συλλαγμόν εἰ νόμον την γινεται φαν, quæ (sic licet lanugine) collecta etiam vestes quædam bombycinis similes fiunt. Ita Plinius legit, non βαμβακεῖδης, ut vulgatus codex haberet. Quam lectione etiam Interpretes servant. Restat Plinius verba examinemos. *Hic* ἐπ' ἄκρῳ δὲ ακανθίδεις ἰσχός, vertit & exposuit de foliis: cum verba hæc φύλλα ἵξει τῇ λασιᾳ ἀκάνθη, de foliis tantum accipi debeant, Secus quæ sequuntur, εἰν τῷ ἄκρῳ ἐπ' ακανθίδεις ἰσχός, in summo habet spinosas eminentias. Quod vel ex ipso probatur Dioscoride. Nam cum dixit, *folia spinæ albæ similia*, satis aperte innuit esse spinosa; spinæ autem albæ folia sunt aculeata. Ergo illud ἐπ' ἄκρῳ, de summitate caulis intelligi debet. Sic de spina alba; ἐπ' ἄκρῳ δὲ ακανθίδεις ἰσχός. Multa spinarum carduorumque genera sunt, quæ illud ἄκρον habent aculeatum. Malè ergo & ridiculè scripsit, vestes ex acanthii lanugine confici quæ in foliis colligitur. In carduis quam plurimis flos, qui in capitulo ἐπ' ἄκρῳ emicat, in papposam abit lanuginem, sed non omnis colligeatur; acanthii decerpebatur, & ex ea vestes siebant. Sed de hac re alibi plura. Acanthion hoc, & cnicus alter sylvestris diversa, ut dixi, planta. Quippe carduus benedictus, quem alterum cnicum Botanici ferè omnes asserunt, folia habet chamaeleoni planè dissimilia, nec lanuginem vestibus faciens fert aptam. Nunquam tacuissest Theophrastus ex cnici alterius lanugine vestes texi, si ad id apta esset.

'*Ηδὲ ἄκρης*, &c.] Malè in Aldino & Basileensi legitur ἄκρης. Supra docuimus ex Hesychio, aliud ἄκρης, aliud ἄκρεις esse. *Ἄκρης* laurus est: spinosa planta ἄκρης. Sed spinosa si sit, cur ἄκρης dicitur? Τὸ αἴ in compositionibus privationem denotat, καὶ ἄκρης aculeum. Hesychius καὶ ἄκρης, καὶ ἄκρης. Ut plurimum quidem particula & privatiæ accipitur, sed non semper; Immo multiplicis & commutabilis ejus usus existit. Aliquando dictio significacionem compleat, ἄκρης, id est, intensivè sumptum. Unde ὅλης ἄκρης, Homerus vocat, quasi *sylvam nemorosam*, & ἄκρης πίλαις, pelagus immensus & vastum, τὸ μέρη πάντων, & οἱ πάντες κακοὶ. Sic apud Nicandrum, ἄκρης ὁλὴ πολυκάρπειος, περ μultum spatium fusum reddunt Interpretes. Sic ἄκρης apud Antiphontem pro dives, id est, πολυκάρπειος κακοπίαις. Nonnunquam τὸν exponitur, ut ἄκρης, πολυκάρπειος, πολυκάρπειος, τὸν εἰδης ponderis, εἴκαλος, εἴκαρπος. Non raro supervacaneum est, atque id maximè apud Atticos, significacionem neque mutans, neque complens, nec minuens. Sic ἄκρης est, σάκος, hoc est, *spica*. ἄκρης, idem quod σεργης, fulgor; ita σάκης & ἄκρης eiusdem sunt significacionis, ut & ἄκρης & κέρας, vel potius κέρας. In ἄκρης historia hæc consideranda. Primo quod cneco sativo simile dicat, deinde quod colore ait ἄκρης, id est, flavescere esse. Ad neutrum attendit Plinius, cum similem scolymo tradat, colore ruffo, Sic enim is lib. 21. cap. 16. *Scolymus quoque floret sero & diu. acorna colore tantum ruffo distinguitur, & pinguiori succo.* Scriptit ergo, χαράκης δὲ ἄκρης, καὶ λιπαρῆς κυλόν, vel ὄποι. Tale enim quid deest. Malè scolymo similem dixit, malè ἄκρης ruffum vertit. De hac voce non semel egi, videat lector quæ dixi. Cæterum color ille flavescens, de floris colore intelligi non potest; (nam & cnici sativi flos flavidus) sed de totius plantæ foliorum caulinum colore aspectuque. Quod ex Theophrasti verbis quæ sequuntur sativus constat. *Ἄκρητος δὲ τὸ πολεῖται λασιτέρης ποτῶν*, &c. Plinius. *Idem erat attractilis quoque, nisi candidior esset.* Non minoris est ponderis, quod ait, cneco urbano aspectu acornam similem esse; cum lib. 1. cap. 16. *ἄκρης* numeret inter ea quæ folia omni ex parte sic in spinas divisa, & abeuntia habet, ut nihil præter spinas occurrat. *Πολλάκις δὲ ὅλης — σορτες ἄκρης, &c.* Tale folium cnicus sativus non habet. Ergo τὸ ὅλην urbano cnico acornam simili

na similiſ non eſt. Dicendum, Theophrastum non ad folia
reſpexiſſe, ſed ad formam maſteſtamque totius plantæ;
Utraque ſingulari affuſgiſt caule, ambæ ſuperiore cauliſ
parte in ramulos dividiuntur, in quibus capitula, floreſque
lutei, ſtaminei. Ad hanc ideam, figuraſmq; attendit Theo-
phraſtus. Doctiſſimi quidam Botanici acornam putant,
carlinam Dodonæi ſylvestrem eſſe, ſupra à nobis delineata-
tam. Malunt alii alterum carlinæ ſylvestris genus, à cla-
riſſimo Cluſio in Hispania repertum, eſſe. Palmi altitu-
diñem non ſuperat, cauliculo tenui, unico, cana lanugi-
ne obſito, folia illi carlinæ ſylvestris foliorum æmula, mi-
nora, incana, ſpinis horrida; ſummo cauliſtio fastigio,
bina ut plurimum fert capitula spinofa (non nunquam
etiam in aliis) in quibus flos luteus, orbem oculi imitans,
media lanugine pallida, quam ambiunt rigiduſcula &
exſucca foliola, coloris flavi: radix tenui, rufescens;
vivax non eſt, ſed ſingulis perit annis. Aridis, deſertiſ,
petroſiſque circa Salmanticensem urbem locis naſcitur,
floret mense Auguſto. Vulgata carlinam majorem cum
cneco ſimilitudinem habet. Quare illorum ſententia pro-
babilior, qui illam pro acorno habent. Salmanticensis
hæc, quia humilis, cnecum non ita refert. Rechte clarissi-
mus Dodonæus. Hanc (vulgaram calmam ſylvestrem)
autem eſſe ἄργειον, tanto eſt diſſicilius affirmare, quo bre-
vior de hac Theophrastus eſt. Interim nos eorum opinionem
qui carlinam ſylvestrem majorem acornam aſſerunt, neuti-
quam improbamus, immo probabilem dicimus, ſi ſucco præ-
dita pingui, quem nobis obſervare non licuit. Porro carlinam
hæc videtur non male referre eryngii Archigenis, quod
Etius lib. 6. cap. 16. deſcribit, Ωττε μὴ τοιχῷ καταπί-
την φοῖον Ἀεργάνες. Ἡρογγίον Θ ὀρείον κρατουμένον, οὐ περ φύλα-
στα, Ε πυρεπηγ, Ε ἀνήρ γενοτελῆ ή δέρματον. Aliud, ut ne
aſſiduo cadant (epileptici) inquit Archigenis. Eryngii mon-
tanæ appellat, cuius folia angusta & parva, & flores aurico-
lores & oculorū ſpeciem præfe rentes. Carlinæ folia eryn-
gii modo spinola ſatis: eadem & parva angustaque reſpe-
ctu vulgaris eryngii, flos aurei coloris, oculi imaginem
repræſentans. Aliam plantam acornæ nomine deſcribit
Fabius Columna libr. 1. de stirpibus minus cognitis cap. 3.
His notis respondere videtur planta illa in Campocla renſium

licet rufescens plantæ atque caulis præsertim acorna; in
atraclylide vero albanticis, ut Theophrastus notavit, & supra
diximus, & quam ille ac Dioscorides omiserunt certam &
extrinsecam differentiam, araneosam illam caulis circa cap-
itula lanuginem, tactu gummosam, sive viscidam, atque
odore gravi: in acorna vero lœvorem, foliorumque rigentium
asperitatem majorem observavimus, caulisque ruffum & ad
rubedinem inclinantem colorem, atque totius plantæ succum
candidum, pinguem, viscosum, facile æstate concrecentem,
sapore dulci: radice longa, pedem superante, crassitie digna
majore, pallente, odorata, carline vulgaris modo, etiamque
lactescente, dulci: Caulis bipedalis foliis alternatim hæren-
tibus Atractylidis & Cneci modo & similibus, auroriis vero
magisque pungentibus levibusque, in summo tria, aut
quatuor capitula, ut Atractylis, que fiorem æstatis sine emit-
tunt luteum foliolis sive barbuli circumambientibus Asteris,
Anthemidis, vel potius vulgaris Carline modo, sed colore
magis saturo. Semen Autumno papposum, ut in congeneri-
bus, sed parvum, cinereum, Chamaleoni albo simile, sed pro-
portione minus. Ramulum appinximus juxta Atractylidem,
differentia notitia: cum integrum plantam ad manus non
habeamus, & ex supra dictis facile cognosci possit. Hujus
radix estur elixa, deinde oleo fixa, nervo exempto quadra-
genæ diebus à pauperibus Valvensibus.

Atractylis, &c.] *Atractylis* dicta est, quod ex ejus scapo longo, laevique rusticæ mulieres fusos conficiunt. Theocryti Scholiaстes Eidy. 4. *Atractylis* εἴδος βοτάνης, η ἀγρόπιτης. ἐποτες δέ τοι εἰς τὰς ἀγρούς γυναικας ἀτράκτηρος πολεῖν ήσαν τόν. Ιδοι οὐδὲ ατράκτηροις, τις ἀγριότερα φασι. *Atractylis* herbae, vel cardui genus, nomen accepit, quod agrestes fœminæ ex ea fusos parent. nonnulli *attractylidas* olera vocarunt *sylvestria*. Fusos ex hac factos fuisse, Dioscorides testatur; uti ex Dioscoridis verbis, quæ infra citantur, constat. Sed video magnos viros dubitare, utrum *attractylis* fusus, an *colus* exponi debeat. Alii quippe *fusum*, alii *colum* vertunt, alii quomodo interpretandum sit, hærent, ac quidem *attractylis* verbum *fusos* reddunt, *attractylida* *colum rusticum*, & *fusum* agrestem transferunt. In commentario vero ad caput Diocoridis de *attractylide*, pro *fuso* & *colu* *attractylidis* caule uti posse mulieres, ajunt. Quod autem *colum rusticum*, & *fusum* agrestem vertunt, ex herbae figura factum est; quæ glabro nudoque penitus caule surgens, & cum aruit inflexili duritie rigente, aliquando cubitali altitudine, plerumque autem minor, nec nisi in summo foliosa & aculeata, in majore altitudine *colum*, in minore *fusos rusticis* fœminis ad lanificium dedit. Omnis dubitationis, errorisque caula Plinius. lib. 21. cap. 15. cum de enico, ut supra dixi, scribit, *Vna mitior est simili caule, tamen rigido; itaque & colu antique mulieres utebantur ex illis; quare quidam attractylida vocant.* *Atractylida* cnecum vocari ait, quod ejus *caulis colus* usum præstaret mulierculis, cum *attractylis*, unde *attractylis*, Græcis *fusum* denotet. *Colus* est instrumentum, quod pensa continet, à quo *fuso* fila ducuntur; nobis *spinnreli* dicitur. *Fusus*, instrumentum quod mulieres nendo digitis volvunt, & spille dicitur Belgis. *"Attractylis"* fusum esse, docet Pollux libr. 10. cap. 28. *Καὶ μὲν κοῦ ὄν, οἱφὲν ράστη, η ἵπιντρεγρ, ἀτράκτηρος. Ονυς instrumentum, quo nent mulieres & devolvent pensa, fusus attractos.* Idem libr. 7. cap. 10. *Ἐφὲν οὐδὲν μῆσθον, η τέσσαρας (δι' Ἀττίκης γένος τὸ μέσην τῆς λείψουσαν) ἵπιντρεγρι καλεῖται, η ὄντος λέπις οὐτ' αὐτογενεῖ ἵπιντρεγρα.* Instrumentum quo nent (Attici enim νήσιν τὴν νέροι dicunt) *epinetrym* & *onos* vocatur. Idem cum dicit, *fusum torquere*. *ἀτράκτητος* ergo *fusus*. Habet & alias significations *ἀτράκτητος*. Sumitur enim pro parte mali supra antennam. Pollux libr. 1. *Τὸ οὐδὲ τέττα τὸν κεραῖαν ἀτράκτητον. οὐ καταστο, τὸ μετονοματητόν.* Sed inde concludi non potest, pro *colu* magis accipi posse, quam *fuso*. Hesychius sagittam exponit. *ἀτράκτητος* & *βίδης*. Sed hæc nihil ad rem. Aliud *Attractylidis* etymon excoxitavit Fabius Columna: *Atractylida* nempe dici, quod, non secus ac *colus*, capitata, ac villosa est, atque hoc maxime prima facie à cneco & acorna, quibus similis est, discerni. Ego, salvo meliori judicio, etymon Scholiaстis præfero. *Fuso* *attractylis* similior videtur, quam *colui*. Sed hanc litem mulierculis dirimendam relinquó, quæ *fuso* colouque utuntur, & quid sine norunt. Interim addendum videtur, quod tradit Petrus Bellonius libr. 1. observ. cap. 47. *Mirum igitur non est si veteres nonnullas stirpes colus, fusi, & verticilli nomine donarunt. Nam & hodie attractylis herbas fusi vicè ipsis præbet. Ejus enim caulis rectus est & lævis, tanquam arte expolitus esset. In ejus penuria bacillo minimi digiti crassitudinem non aequante, sed æquali ubique utuntur, cui ferrum hamuli piscatorii modo formatum insigunt, ut filum comprehendat, è quo fusu dependeat.* Idem Bellonius lib. eodem cap. 18. *attractylis*

Acorna Fabii Columnæ.



*collibus, & Equicolorum secus vias in incultis, quam juxta & simul cum attractylide sepè observavimus. Nec pudet referre; decepti non semel ejus cacumina, antequam floraret, detruncantes attractylidem querentes & sanguineum succum, sed lacteum copiosum inveniebanus, atque viscosum, si-
ve pinguem. Illius quidem plantæ habitus adeo similis videbatur, ut nisi supra dicta nota fuerint, non minus decipi quis poterit floribus adhuc non exertis. Nullam quidem propriorem nos differentiam agnovimus, capitibus plantæ adhuc tenellis, illa, à Theophrasto & Plinio observata, coloris sci-*

lidem aractyla, corrupto vocabulo, vocari scribit. *Heliotropum* nominatur heliocrota, attractylis aractyla, oranche lycos. Lexicon Graeco barbarum αρακτυλη, fusus, ἀτρακτυλη. Eadem haec attractylis κινητης αγεια dicitur, teste Galeno, Aetio, Hesychius, Ατρακτυλης Φυτον ακανθωδες, οι οι των αγειας κηρυξ, &c. Plinius enicum sylvestrem attractylida vocari ait, libr. 21. cap. 15. Una mitior, simili caule, tamen rigido, itaque & colu antique mulieres utabantur ex illis, quare quidam attractylida vocant. Eodem lib. cap. 32. Nec de cnico, sive attractylide verbosius dici par est, Αιγυπια herba (Id fallum; confundit enicum & ricinum, confundit etiam urtrumque carthamum. supra sativum-cnicum Αιγυπια dixit herbam, eodem loco, sylvestrem attractylida vocari. *Et magnum contra venenata animalia praeberet auxiliū, item adversus fungos. constat a scorpione percussos, quandiu teneant eam herbam, non sentire cruciatum.* Postrema de attractylide tradit Dioscorides lib. 3. cap. 107. Ταύτης τη φύλα ει πρόμη, καὶ οἱ καρποὶ λεῖα πολύτελα σὺν απέραιντι σπόρῳ πλήρει, τούς πλην τούς, οὐδεὶς οὐδὲ πλείστοις των πάσιν αναδίνεις εἰναι. Δοκεῖ μένος οἱ αλαζοί. Hujus folia, coma & semen, trita potaque cum pipere ac vino, a scorpione percussis succurrunt. tradunt & nonnulli, percussos, quandiu herbam eam tenerint, cruciatum non sentire, sed illa deposita statim dolere. Ex his Hermolaus Barbarus, & Ruellius, primam sylvestrem enicum Theophrasti, ac attractylidem eandem dixerunt esse plantam, quod etiam ex Galeno probatur, libr. 6. simpl. Ατρακτυλης η κινητης αγειας ει των αγειων ισι. *Atractylis, sive cnicus ex genere carduorum est.* Idem hoc argumento probatur, quod quae Theophrastus de cnico prima sylvestri scripsit, ea referat Dioscorides de attractylide, ut verba Dioscorides, quae mox addam, docebunt. Immo, in vulgari attractylide omnes notae reperiuntur, quae Dioscorides & Theophrastus de priori cnico & attractylide tradunt. Contra, alii diversas plantas esse contendunt, qui nec suis destituunt rationibus; quod de utraque uno, eodemque capite, tanquam diversa egerit planta Theophrastus. Respondeo, Theophrastum de utraque quidem agere, sed non tanquam de diversa, sed eadem planta, Ideo enim inquit, Ατρακτυλης οι πις καλύτην ηγειας λαμπτερης παντας (nempe αγειας) non ποντας, ut vulgo legitur. Plinus, *Idem atractylis* (nempe quod acorna, quas ambis Theophrastus cnico similes dixit) nisi candidior esset. In Theophrasti de attractylide verbis, illud notandum, quod ait, ηχει οι των ουρων δεινων καὶ φονικων. Hæc alii aliisque alter vertunt interpres. Gazarus Gravis etiam odore, cruentemque representans. Malunt alii, odore gravis, & pestem denuncians. Hi mentem auctoris non perceperunt. Nam cum quotannis repullulascens odorem suum vibret, oportet pestilentem quoque luem quotannis hanc minari. Sed hoc μελασικόν. Alii exponunt, oleum cadaveris trucidati, & in tabunum marcentis factum virus; idque ad imitationem Lucani, qui libr. 7. circa finem canit,

*Tu cui dant pellas in humato funere gentes.
Quid fugis hanc cladem? quid olentes deseris agros?*

*Funesta ad pabula belli
Bistonii venere lupi, tabemque cruentæ
Cædis adorati, & quicquid nare sagaci
Aëra non sanum motumque cadavera sensit.*

Quibus agros olentes cædem, τοῦ φονοῦ οἰοτας dixit: & in reliquis φονῳ θυμῷ velut naribus admovit. vide cap. ult. lib. 3. Φόνος hic cum dicunt, vel cædem, intelligunt de cruento, ut ponitur apud Virgilium, — tepidaque recentem cæde locum, &c. Interpretatio haec ad auctoris sensum aptior quidem est, non tamen vera. Attractylis enim, odorem quidem habet gravem, sed non ingratum: thus quodammodo incitatur. Corruptus est codex, scribe, ηχει οι ουρων δεινων, καὶ χυλὸν φονῳ gravi est odore, & succum ostendens cruentum. Theophrastus libr. 9. cap. 1. τοις οις αιματοδοσιοις τοῦ καταπειρα, καὶ της ατρακτυλης καλουμένης αγειας, aliis succus sanguineus, ut centaurio (majori) & attractylidi spine. Plinius, qua solet fide, haec vertit libr. 21. cap. 16. Idem erat attractylis quoque, nisi candidior esset, & nisi sanguineum funderet succum (addit Theophrastus, admota carni) qua de causa phonos vocatur à quibusdam, odore etiam gravis, (χυλὸν φονῳ neglexit) sero maturecente semine, nec ante autumnum, quanquam id de omnibus spinosis dici possit. Propter succum sanguineum à veteribus αἰδεγούσιον nomen accepit. Atius lib. 1. Ατρακτυλης, η κινητης αγειας, οι οι αιδεγούσιον καλοσσι. *Atractylis sive cnicus sylvestris, nonnulli androsemum vocant.* Eadem de causa à Prophetis αφιδεσι dicta. Auctuarii auctor, Οι οι αμυνησι, οι

αι κινητης αγεια, οι οι αποιδοσι, Περφηται αφιδεσι. Sunt qui amyron, qui cnicum sylvestrem, qui aspidium vocent. Magi aphedron, id est, menstruam purgationem, à sanguineo succo quem folia confricata reddunt. Cur αμυνησι an αποιδοσι legendum. Certè cum eo nullam habet similitudinem, nisi quod sit planta. An αμυνησι ab humoris copia? Hesychius, αμυνησι, ποποι οι κηρυξ εις ηγειας πεντε, δοις Ε μυρεις, loci humidi & valde fluentes, à fluendo. An legendum αμυνησι, à succo sanguineo? A Plinio ad Dioscoridem veniamus. Hic attractylidem libr. 3. cap. 107. describit. Ατρακτυλης (addit Oribas. & Galenus, κινητης αγειας) αγαθητην ισικητης πικη, μεκοφπεια (margo μικροφπεια, quomodo legit Oribas.) οι πικη φύλα ισικητης ιπη ακεγον της φασιδων, οι οι ταχινοι γυμνοι, τεκχη οι αι γυμνας ξενιτηι αιτη ατρακτην, ηχει οι οι κεφαληι (Gouypulus in utroque exemplari legit κημια) ιπη ακεγον ακηραδην, ανθος αγειας (Aldinus in nothis, οι αιοις οι ταποις περφυρειν. quæ verba quidam interpretes vertunt) μιζα οι η λεπη, αγειας. Atractylis spina est similis cnico, sed quæ in summis virgultis folia multo longiora (minora) profert: major autem pars nuda est & aspera, qua etiam feminæ profuso utuntur. capitula (comam) etiam gerit in cacumine aculeata, floremque pallidum: (quibusdam vero locis purpureum) radix tenuis atque supervacula. Quidam Botanici aliam Theophrastum, aliam Dioscoridem existimant descripsisse attractylidem; quod succi cruenti, sanguineique mentionem non fecerit Dioscorides. Respondendum, vel hoc non observasse, vel neglexisse Dioscoridem, idque quod existimat, non multum utilitatis ex eo accedere medico. Non solet Dioscorides omnes plantarum notas describere: præcipuas non raro omittit; quod & iis probè constat, qui contraria defendunt sententiam. Qui ne- gant attractylidem, cuius imaginem damus, minus recti- caulem, quam cnicū, errant, & vel eam non viderunt, vel reprehensionis causa id faciunt. Contrarium testantur Dodonæus, Clusius, Bauhinus, qui reprehendit illos qui reflexis caulis pingunt attractylidē. Luculenter à No-

Atractylis Fabii Columnæ.



biliss. Fabio Calumna attractylis describitur libr. 1. de stirpibus minus cognitis cap. 2. his verbis, Quem succum sanguineum recentiores cum non invenissent in planta ab illicis proposita, regionis varietati atque tempori experimenti causam tribuerunt. Non enim quovis anni tempore, & quo- vis

is modo, avulso folio cruentum posse fundere succum putarunt, sed vel affrictum, maceratum, vel aliis modis. Quod forte non dixissent, si ita avide hanc plantam quæssissent ac observassent, ut nos fecimus, has dirimere volentes controversias, atque veritatem inquirentes. Hujus plantæ radix, folia, atque capitula videntia avulsa quovis anni tempore, ab exortus initio & germinatione ad florum usq; productionem, (postea quidem arescit) sanguineum succum semper emitunt, in venulis seruat. Nam in carne aqueum, vel viventem habet, ut infra in Aloë dicemus, atque hoc Cirinolæ, Apulie oppido, præteritis annis obseruavimus, in tenella etiam planta, Februario mense, ex autunnali semine deciduo forsitan orta; cuius radix tenuis atque parva erat, duro cortice, foris pullo, dulci sapore, gravi odore, atque disrupta etiam circa corticem venulas, sive fibrillas, cruenta stilla emicante ostendebat sed ad luteum inclinante; nondum enim in ruborem concocto colore. Folia prima carnosa humi harenzia expansa in orbem, lata, oblonga, triuncialia, vel longiora, per ambitum aculeata, quæ postea laciinis paulatim dissecantur, calcitræ vulgaris & aliorum carduorum modo, videntia; sed alba hirsutæ obsoita, magisque inferne hirsuta, aspera, sed non pungentia dum in terra jacent, atque disrupta, & ab radice avulsa sanguineum succum fundunt, atque pluviam arcescunt antequam caulis erumpat. In vetustiore vero planta lignosa est radix, atq; folia dodrantem longa & majora; cum caulis erumpit Aprilis mense levia, profunde laciniosa, in lobos divisa, aculeata magis, duriora atque pungentia, bipedalem caulem alternatim ambientia; qui solidus, rotundus, hirsutus, crassus; atque in summo, aliis divisus paucis, in quibus minora habentur folia Cneci forma, & modo harenzia; inter quæ lanosior, uraneoosa veluti ac longa lanugine dependente obstitus est, (sicuti & alia) tactu gummösus, odoratus, gravi aromatico odore, atque recisus ruborent sanguinis modo succum fundit, ex fibris, sive venulis circum corticem, sicut etiæ capitula ex summis virgis excisa Iunio mense, antequam florēt, ac etiam explicatis recenter floribus; in quorum etiam ima parte, ut in summis virgis, oblonga pendet lanugo, ut ex colu solet, ad nendum aptata. Ob cuius similitudinem Atractylis hæc dicta suit. Hujus odor quodammodo thurem imitat, sed gravior, non tamen ingratus. Capitula tria, aut quatuor sylvestris planta proferte Iulio mense, flores luteos obsoletos, minuris foliolis, ut Cneci, & Chamaeleonis à nobis depicti, constructio, paucos & in concinos edentia: foliaque tunc magis rigent, atque pungunt, & etiam capitula, nec succum amplius fundunt affrictis venulis, quamquam in illis sanguineus color cernatur, ob humoris diminutionem, atque siccitatem, atque tunc circa corticem capitulis recisis veluti puncta rubentia circumscripta venule illæ conspicuntur. Singulis floribus, Cneci nudo & Acanaceorum, singula semina subjunt, minuta vero, nec papum hirsutum & plumosum, ut in aliis, sed radiatum, velut stelle radios latos in acutum desinentes, fulvescentes, splendidos, inæquales. Semen vero quadratum rhomboides, Cneci emulum, ex albo purpurascens primum. (Quare non mirum si à Plinio candidum describatur ibi, Semina candidum, Grande, Amarum.) deinde flavescens, atque perfectum nigrum, splendidum, punctis veluti descriptum. In capitulis vermiculi gignuntur, ut etiam; proter dipsacum, in multis acanaceis obseruavimus. Caulis cum florere incipit, jam denudatus ab imo incipiens, pauca tandem circa capitula folia relinquunt, eaque maxime pungentia, reliquis vero nudus, durus, atque cacumine hirsutus; ut colus vicem de se præbeat atque amuletur, dependente, veluti stamina, condicante illa oblonga lanugine. Septembri mense finitur. In agris incultis cirinolæ frequentissima, atque etiam Campoclaresium collibus, aliisque locis montanis. Haec tenus Fabius Columna; qui satis diligenter plantæ delineavit; nullū, meo iudicio, relinquens dubium, quin veterum sit atractylis. Quæ de succo sanguineo scribit, ea vera esse obseruavimus, in planta nobis ex Italico semine nata.

Aeg. S. &c.] Scribe, argutus Phœbus. Hæc voce supra libr. 4. cap. 7. ulius est, σφειδα τροπαι παν η φύσις, την τοις αγριότεροι φύσισις αγονίαις, δον συγχέει, &c. Similis natura quodammodo est, foliis spinarum acancharum, ut sponcis. Plinius loco citato, Quanquam id (quod semen ante autumnū maturam non reddit atractylis) de omnibus spinosis dici potest. vernum omnia hæc è semine & radice nasci possunt. De acanaceis non spinosis agit Theophrastus.

Tοῦ σκόλυμα, &c.] Σκόλυμα Διγ. ή σκολύτερον, τούτον νολεῖ, ἐπιτίθεται λέμον, quod famem arceat, cibibeat, extinguit, dicitur. Eadē de causa limonium vocari, supra notavimus. Σκόλυμα interpres vertunt carduum. Scribunt alii τοῦ σκόλυμα vocem esse Græcam, quæ in Latio nomen non habet. Quod tamen falsum, nam quæ de cinara, quæ scoly-

mos est Theophrasti, eadem de carduo Palladius. Sed de hac quæstione infra. In Theophrasti verbis animadvertis, quod ait, ὅτι τὸν πίλαν ιδεῖμεν ἵξει, καὶ οὐδὲν, καὶ οὐλόν, ἀλλὰ καὶ ὅτι τὸν πίλαν οὐσιῶν ἵξει, εἰ ὅτι σκληρούσσων. Hæc corrupra nemo inficias ibit. In Aldino & Basiliensi legitur, ἀλλὰ καὶ ὅτι τὸς * αριστὸν ὅτι τὸν πίλαν οὐσιῶν εἶναι οὐλόν. Scribunt alii, ὅτι τὸν πίλαν ιδεῖμεν ἵξει, καὶ οὐδὲν, καὶ οὐλόν, ἀλλὰ καὶ ὅτι τὸν πίλαν οὐσιῶν ἵξει, εἰ τὸν πίλαν. Ita legit Doctiss. Gaza. Vertit enim, cardui non solum peculiare illud notatur, quod radicem, tum decoctam, tum crudam obtinuit, sed etiam quod eandem optimam habet cum florescit, quodque radix durescens lacteum emitat succum. Sed hoc planè contra omnium radicum naturam est. Puto Philosophum nostrum scripsisse, ἀλλὰ καὶ ὅτι τὸν πίλαν οὐσιῶν ἵξει οὐλόν, καὶ οὐλόν προκαὶ φίσιον ὅπερ. Sed etiam quod eandem optimam habet postquam defloruit, quodque radix siccescens lacteum emitat succum. Hoc in scolymi radice verum compéri. Vide quæ infra, ubi describitur, dicuntur. Quando florēt plantæ, radices lignosæ sunt, esuique ineptæ. Cæterum antiqua radix cibo non est idonea, sed recenter ad natæ carnolæ sunt, & sapore non ingrato. Plinius lib. 21. c. 16. hæc satis negligenter reddidit. Scolymus carduorum generis, ab iis distat, quod radix ejus vescendo est decocta. Græcus auctor peculiare scolymo tradit, non tantum quod radicem ferat cibo crudam, coctamq; idoneam, sed quod eadem esu sit accommodata cum floret; quod contra reliquarum radicum naturam est. Sequitur apud Theophrastum; Ιδιον οἱ τοῖς αἰγαλοῖς ινι τοῖς τροπαῖς. Deest, vel subintelligitur αἴγι. Σαρκάδιον οἱ τοῖς ιδεῖμεν ἵξει τὸν πίλαν, εἰ τοῖς καὶ αἴγαλοῖς. Scribe, οὐρανὸν οἱ Ειδεῖμεν ἵξει τὸν πίλαν τὸν αἴγαλον, carnosa & in cibo grata tumescens capitatis moles (five partis crassioris conceptus) minime acanacea, sed oblonga. Ιδιον μένον ἵξει τὸν φυλλαρχόν τὸν αἴγαλον, οὐ μὲν φυλλαρχόν τὸν αἴγαλον, αἴγαλον. Aldinus & Basileensis καρπούσι. Corrigant summi Botanici, οὐ μὲν φυλλαρχόν τὸν αἴγαλον. Hæc planè contra mentem & sententiam philosophi nostri. Superiore enim capite, satis disertè dixit, chamæleontis folia non esse spinosa, ιζημα, καμπαλίων, τολμὸν οὐδὲν οὐ φυλλάκαστος. Præterea vox, αἴγαλον, vulgatam probat lectionem. Nam, si summi viri correctionem sequamur, inter chamæleontē & scolymon diversitas erit nulla; uterque enim folio spinoso, caput ambo ferunt acanis carens. Vulgarum si retineamus, differentia summa. Chamaleon quippe folio non spinoso, capite acanaceo: contra scolymus folio spinoso, capite minime acanaceo. De chamæleonte vide cap. 13. libr. 9. Γρεγοριον οἱ τοῦ αἴγαλον. Hæc de scolymo, non chamæleonte intelligi debent, καὶ μετὰ τὸ τῆς διάφων, καὶ τὸ τῆς μορφῶν. Nec lauri, nec myrti flos in pappos resolvitur; sed acornæ & ixines, vel, ut Plinius vertit, helxines. Scripto ergo, γρεγοριον οἱ τοῦ αἴγαλον (Ἐπειδήμου) σκοτιαπόντιον, καὶ θάλασσα τὸν αἴγαλον, τὸ τῆς ixines. Scolymus flos senescens in pappos abit, quemadmodum acornæ, & ixines, & aliarum quarrundam. Scriptum fuit vitiosè, αἴγαλον. Notavit quis ad oram, αἴγαλον διάφων; alter pro αἴγαλον, quod idem cum διάφων, διάφων in textum recepit; tertius vero cum videret diversum, & ineptam comparisonem lauri & helxines, ιζημα mutavit in μορφῶν, quod vicina plantæ, & congeneres laurus myrtusque. Utraque frutex, facile arboris natram assumens, ambæ bacciferæ, neutra spinosa; tam myrtus, quam laurus suaveolens. Παραγόλονθεν μέχει τὸ πίλαν. Τὸ πίλαν, τὸ οἱ αἴγαλον, τὸ οἱ σπιρικάτον μεταξὺ μεταξὺ τοῦ πίλαν. Aldinus & Basileensis μορφῶν. Scribe; οὐδέποτε μέχει τὸ πίλαν τὸ πίλαν, τὸ οἱ αἴγαλον, τὸ οἱ σπιρικάτον μεταξὺ τοῦ πίλαν & μορφῶν, τοῦ πίλαν. Consequuntur inter se hæc ad assertam usque, primum concipit, deinde floret, tum semen instituit, idque non sine aliquantulo humore per initia: mox etiam aculeum addit. Folium cum arescit, deponeat rigorem, nec quicquam amplius pungit. Plinius loco citato; Mirum quod sine intervallo tota aestate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit, aculei arescente folio desinunt pungere. Describit & Dioscorides scolymum; sed an ideum a Theophrasto descriptum, non satis convenit. Dioscorides lib. 3. cap. 16. Σκόλυμα φύλλα τὸ πίλαν χαμαλούσιον (Lacuna ex veteri codice, φύλλα τὸ πίλαν χαμαλούσιον τὸ τῆς λευκῆς αἴγαλον. Sic etiam legit Oribasius) καὶ τὸς λευκῆς αἴγαλον λευκόπιτον (ver. addit ιμφιτον) μελάνηππον οἱ τοῦ πίλαν παχύτερον καυτὸν αἴγαλον μαχρόν, μελάνηππον φύλλων, οἱ οὐ πέφαλον αἴγαλον οἱ τοῦ πίλαν, οἱ τοῦ πίλαν μελάνηππον, οἱ τοῦ πίλαν, οἱ τοῦ πίλαν μελάνηππον, οἱ τοῦ πίλαν μελάνηππον. Scolymus folia habet chamæleonis (media inter chamæleonem & spinam albam) & spinæ, quæ alba dicitur, caulem edit longum, foliis oblitum, in quo capitulum est spinosum: radix subjacet nigra, crassa, &c. Herba vero recens nata, si asparagi modo elixeretur, oleris vice subit. Dioscorides capitulum spinosum

air, negat Theophrastus. Dioscorides herbam recens natam oleris vicem praestare scribit. Theophrastus radicem cibis idoneam tradit. Plinius scolymi plura genera esse tradit, libr. 20. cap. penultimo. *Et de carduorum satu, inter hortensia diximus: quapropter & medicinam ex iis non differamus. Sylvestrium genera sunt duo: unum fruticosius à terra statim, &c. Scolymus videtur Theophrasti quē infra lib. & cap. 22. describit; Scolymon quoque in cibis recipit Oriens, & alio nomine limonion appellat, Frutex est, nunquam cubitali altior, cristiisque foliorum, ac radice nigra, (hoc nusquam Theophrastus: nigrum crassumque Dioctrides dixit, sed limonium vocari, Theophrastus refert confundit ergo duo scolymi genera) sed dulci. Erastosteni quoque laudata in pauperum cena. Vrinam ciceri praecepit traditur, sanare lichenas, & lepras ex aceto, venerem stimulare in vino, Hesiodo & Alceo testibus; qui florente cicadas acerrimi cautus esse, & mulieres libidinis avidissimas, virosque in coitu pigerrimos scriptere, velut providentia naturae hoc adjumento tunc validissimo. Item graveolentiam aliarum emendat radicis emedullatae uncia, in vini falerni heminis tribus decocta ad tertias, & à balneo jejunio: itemque post cibum cyathis singulis pota. Mirū est quod Xenocrates promittit experimento, vitium id ex aliis per urinas effluere. Postrema hæc de scolymo Dioscoridis intelligi debent. Hesiodi versus adscribam ex Egy. 3.*

*Ἡμὶ δὲ σκόλυμός τ' αὐθεῖ καὶ ἡχέται πέπιζε,
Δευδέω εὐφέζοιδη διάλειπεν καταρχήσεται αἰολεών
Πυκνὸν τὸν πλευρύων, οἴρεται καματώδεις ὁργή,
Τῆμὶ πότεται τὸν αὐγές καὶ οἱρεται αἴρεστοι.
Μαχλόταλαι τὸν γυναικεῖς, αἴρανταλαι δὲ τε ἄνδρες
Εἰσιν, ἐπεὶ κεφαλεῖς καὶ γυναικεῖς Σείρεις αἵτις,
Αὐλάς δὲ τὰς τοῦ καύματα.*

*Quum vero carduus floret, & canora cicada Arbori infidens stridulum effundit cantum
Frequenter sub aliis, & statim laborioso tempore,
Tunc pingueisque capre, & vinum optimum,
Salacissime vero mulieres, & viri imbecillimi
Sunt, quoniam caput & genua Sirius exiccat,
Siccum vero corpus ob&stum.*

Non tradit Hesiodus, ut vult Plinius, cicadas acerrimi esse cantus cum floret scolymus, sed quando floridus est scolymus, cicadaque gratum acatumque emitit sonum, capras esse pingues, optimum vinum, in Venerem maximè pronas fœminas, tardissimos viros. Aristoteles sect. 4. problem. 26. *Ἄλλο τοῦτο τὸν θέατρον οὐδὲν οὐδεντες αἴρεσθαι μεταποιήσει, αἷς τοῦ γυναικῶν μῆλος, ηγείας τοῦ Ποιητῶν λίγαις οὐκ τοῦ σκολυμα.*

Μαχλόταλαι τὸν γυναικεῖς, αἴρανταλαι δὲ τε ἄνδρες.

Vertunt, *Cur per æstatem viri minus, mulieres magis concubere valant? quod Hesiodus quoque Poëta inquit:*

*Famineo Venus est usu magis effera sexu:
Mitior illa viris, & sepe accita relanguit.*

Neglexit interpres in τῷ σκόλυμα. Viri maximi locum hunc corruptum existimant. Scribunt alii σκόλυμα, non nulli σκόλυον: Κόλυον enim inquit in παντας exponit ab Hesychio. Miron doctissimos viros, quibus summi Philosophi brevi loquentia, & sermonis compendiu cognitum perspectumque, non animadvertisse codicē minimè corruptum, sed sanum esse & integrum. Hesiodum si adjissent, facile mendi suspicionem deposituissent. Æstatem Poëta constituit in τῷ σκόλυμα & τοῖς τοῖς, quando cicada cantat, & scolymus floret. Hac ratione eleganter Aristoteles scriptit, Hesiodum salacitatem mulierum, virorum vero imbecillitatem constituere in τῷ σκόλυμα, quando floret scolymus. Non placuit Philosopho, aliis in rebus occupato, citare versus illos, οὐδὲ τὸ σκόλυμα τὸ αὐθεῖ, & quæ sequuntur, Μαχλόταλαι τὸ γυναικεῖς. Elegantri ergo ratione scriptit, οὐδὲ τοῦ Ποιητῶν λίγαις, in τῷ σκόλυμα, sicut Poëta, Hesiodus, dicit de tempore quo floret carduus. Et hæc quasi per parenthesin. Sequitur apud Plinium dicto lib. 20. cap. primo; *Alterum unicaule crassius: (scolymus Dioscoridis) Verique folia paucia, spinosa, muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter canescens (marcore candicantem, ob id γέρας, γηράτεος, γηράτεος Græci, ut pappos Latini vocant) & abeuntem cum aurata; scolymon Græci vocant. Theophrastus florem senescentem scolymi, in lanuginē, pappum vocatam, controverti auctor est, Dodonæus Icolymum sylvestrem Pliniū,*

qui florem fert purpureum, carduum sylvestrem, pratinum vulgatissimum existimat. Cardui hujus genera sunt tria. Primum supra cubitalem aut bipedalem altitudinem raro asturgit: caules promit complures, rotundos, alis multis ramosos: folia acanthii æmula, sed minora, nigroraque, & non lanuginosa: in fastigio caulinorum spinosa, echini instar, capitula prodeunt; & quibus flores eleganter purpurei exerunt, qui in papposam lanuginem tandem commutati, semina aliorum similia relinquunt. Radix ex multis fibris commissa est. Alterum genus caule assurgit altiore, subinde bicubitali, rotundo, minus ramoso, paucioribus foliis convestito, quæ sicuti prioris, spinosa ac mordacia sunt, sed minora & angustiora: capitula quoque minora, oblongiora, non usque adeò spinosa: flosculi purpurei, in pappos abeuntes: radix nigra, ac pedem longa. Tertium genus altitudine, aliarum paucitate, nec non & foliis, item & floribus secundum refert, sed caules ei multo spinosiores, & radices magis fibrosæ. Passim circa vias & semitas exerunt, præsertim primum: reliqua duo non raro in pratis reperiuntur. florent mensibus Iulio & Augusto, Septembri papposa lanugo vento abripitur. Nemini hæc genera incognita. Qui cinaram, vulgo articocam dictam, Scolymum Dioscoridis esse scribunt, falluntur. Caulem edit uno, alteroq; folio præditum, interdum foliis viduum: nec nigroria huic, quam hameleonti sunt folia, sed candidiora, nec recentis nata asparagi modo oleris vicem praestat. Theophrasti scolymon asserunt carduum chrysanthemum. Huic caules à radice subinde complures efferuntur rotundi ac ramosi, cubitales, spinis horrentes, folia autem hos conveftiunt oblonga, pulchre virentia, utroque late-re profundius incisa, ac spinis albis per angulos horrentia: Flores à foliorum alis è parvo acanaceo capitulo foliosi prodeunt, cnicis floribus perfimiles, sed auri colore lutei, latum, planum, palaceumque semen, non magnum, nulla lanugine implicitum succedit, sed squamatim cohaerens: Radix longa, digitalis crassitudinis, carnosa, dulcis, ac mollis, esuisque idonea, qua & sues delectantur. Effluit autem ex hoc carduo, quacunque parte vulnerata, albidus & lacteus succus. Variat carduus hic ratione loci. Quippe qui circa Monspelium provenit magis luxuriantis latius sparsis, longioribus: cujus folia lacteis maculæ notata sunt: floribus est paucioribus, quam in ea planta quam Hispania profert. Diutinè & sero in Belgii hortis floruit; à mepte videlicet Iunio ad Autumnum usque. Apud Batavos è semine nascitur. Frequens est in Creta insula; nascitur & plerisque Italiae locis. Clusius in Hispania, & præsertim regni Castellæ agris à se repertum testatur. Invenitur & in Monspeliensi agro, sed ea, qua dixi, diversitate. Hunc esse scolymum multa sunt quæ suadent; ac inter cætera, quod Petrus Bellonius libr. 1. observat. cap. 18. tradat, antiquum in Creta obtinere nomen. Spinæ, inquit, genus est in Creta, quam omnes vulgari Græco idiomate ascolimbros appellare norunt. Veteres Latini etiam nomine Græco glycyrrhizon vocant, à glycyrrhiza canem diversum. Sponte passim nascitur, flavo flore, laetivo succo abundans. Radix & folia edi solent, antequam in caulem abeat. Ravenna cum aliis herbis in foro venalem conspexit, & Ancone; ubi mulierculæ eam eruentes riuci nominabant. Sed & agro Romano colligi obseruavimus, & ab incolis spina borda nuncupari. Ea est que recentioribus Græcis ascolimbros dicitur. Plinius variis locis & lib. 21. cap. 16. de spinis agens, ubi carduum à scolymo distinguit, per carduum articocam intelligere videtur, dum ait, Scolymus quoque floret sero & diu. Postea subjicit, scolymus carduorum generis ab iis distat, quod radix ejus vescendo est decocta. Sed Galenus ipse, nonne de scolymo & cincara eodem capite meminit? Itaque assentiri possumus iis, quæ articocam sylvestrem nominari debere carduum contendunt, & hortensem cultumque scolymum, quoniam sylvestris semper spinis horridus est. Idem Bellonius eodem lib. cap. 25. ubi de Lemno insula agit. Quæ in Creta ascolimbros dicitur, istic scombrovolo vocatur, hoc est, scombri carduus: Est autem lacteo succo prægnans ille carduus, cichorei modo, flavo flore, esui admodum aptus, adeò ut nullam radicem in hortis cultam noverimus, quæ cum ascolimbro, sapore conferri queat, etiam si in earum numero siser & pastinacam comprehendas. Haec tenus Bellonius, Carduum hunc ascolimbron vocari tradit. Certe hoc eorum valde firmat opinionem, qui scolymum carduum chrysanthemum contendunt. A Lemni incolis scombrovolo vocari tradit. Iudicium variare pro regionum diversitate nomen. Alii enim Græci σκόλυμα & γέρας vocant. Glossæ Iatricæ, Σκόλυμα & σκόλυμβος. δέ & σκόλυμβον natum σκόλυμβον. Atque hæc sunt argumenta, quibus viri magni, Botanici summi, probant carduum

duum chrysanthemum esse Scolymum Theophrasti; Magni quidem ponderis, sed tamē ex iis nihil probari potest, quam scolymi genus esse. Graves tamen sunt cauæ, cur credam carduum, de quo sermo, non esse scolymū Theophrasti. Prima est, quod capitulo constet acanacea esui incepto, minimeque carnosō. cum Theophrastus hujus *χρυσον κύνον ταρπειδην την οργανην* scribat, & id quidem peculiare huic dicat cum ceteris, quibus folium spinosum, capitulum sit acanaceum. Per *ογκον κύνον* intelligit eorū, medullam in capite cinari, quo vescimur. Doctissimus Gaza ortum interpretatus est, si ortus nomine intelligit alparagum, vel primum germen, nihil peculiare tradit' Theophrastus. Omnia *Ουλλαγης* prima germina, spinis carent, nullum cardui, nullum spinæ genus alparagum producit spinosum. Scribit præterea Bellonius, radicem & folia edi antequam in caulem abeant, quod & Clarissimus testatur Clusius libr. Var. Plant. hist. 5. cap. 43. *Salmanticenses*, tenellam adhuc plantam, & primum germinantem, cum ipsa radice elotam, crudam, aut carnis coctam edunt, ipsius lacteo succo omne lactis genus coagulant: etiam ejus flore crocum adulterant (*tamen si vicinis locis laudatum crocum abunde nascatur*) ut quedam aliae nationes enicis flore. Contra Theophrastus, tum optimam inquit radicem, quando floret, vel, ut legendum putto, quando defloruit. nec dum recens est, luccum emittere lacteum tradit, sed quando durescit. Contra scolymus jam memoratus, quando floret, ac defloruit, lignosam acquirit radicem, succo omni carentem, ut reliqua carduorum genera, quæ statim à flore fructuque maturo pereunt. Insper folium cardui Chrysanthemi, quando perit, pungentem vim non amittit, rigoremque deponit, sed maiorem acquirit, quod spinæ sint duriores. Propius profecto ad scolymum Dioscoridis accedit. Dioscoridis enim folia inquit habere media inter chameleontem & spinam albam, sed nigrora & crassiora. qualia carduo chrysanthemo folia. Vide utriusque iconem. Vide descriptionem & fer sententiam: nota, quod quibusdam in locis maculis candidantibus aspera sint. Caulem scolymus habet longum, foliis obscurum, cubitales emitit caules & longiores, multisque ornatos foliis, ut vult Dioscorides ascolimbros Cretensibus dictus. Nihil impedit, carduum chrysanthemum esse scolymum, quod Dioscorides ait *καυλὸν μακρὸν*, *Caulem emitit longum*; non dicam in Catarac. & veteri codice scriptum esse *μικρὸν*. Vulgatum defendit Oribasius, ceterique codices, & cubitales quidem longitudinis dici meretur caulis. Sed inquiet quis, plures habet caules carduuus jam memoratus; Dioscorides *καυλὸν*, id est, unum caulem scolymum ferre ait. Facilis responsio: Dioscorides præcipuum describit caulem, ipso facilius est *καυλὸν* præcipuum pro reliquis describere, vocemque *καυλὸν* in singulari numero pro pluribus ponere. Siclib. 3. cap. 8. de centaureo majore *καυλὸν* *τέχνης οὐ καυλόν*. Quis vero est qui non novit, plures quam unum proferre. Idem de spina alba, de acantha, aliisque plurimiis dicam. Capitulum carduo jam memorato spinosum esse, qui viderit plantam, vel qui Botanicorum scriptis fidat, non negabit, nec quisquam radicem longam carnosam hunc habere inficias ibit. Oleris vicem præstare docent Clusius, & Bellonius. Ergo cum scolymo Dioscoridis satis convenit. Theophrasti scolymon putamus plantam illam esse, quam vulgo cinarai, sive artieocam vocant. Prima qua seruit æstate grandia & ampla profert folia, crassa, angulosa, oblonga, amara & canaliculata spina, utrimque in dodrantales, rugosis, & in cincriceo colore cavas partes, usque ad ipsam spinam secta: quæ & ipsæ suas peculiares divisuras habent, singulis aculeis armatas: Ea hyeme sub nive latent, sequenti vero æstate caulem producit sesquicubitalem, striatum & incurvum, in cuius cacumine magnum & globosum est caput, pini cono simile, ex multis videlicet compactum squamis, quæ fructu grandiore facto dissolvuntur, ac superius virent, interius vero & inferius carnosæ sunt & albidae: pandente vero se & ipso cono, flos prodit stamineus, ex lubeeruleo colore eleganter purpureus; semen oblongum, cnico simile, non adeo tamen angulosum, pauloque minus colore cæsum, & interdum maculis confusum, mollibus ac lanosis pilis subest; qui infra fructum continentur. Radicem habet cubitalem aut pedalem, crassitudine sua manum impletentem, foris nigrum, intus candidam, carnosam, amarusculam. Cinara alia foliis est non aculeatis, alia spinosis. Utramque qui ejusdem generis dixerit, non errabit; Nam aculeata & spinosa non nisi degenerans cinara est, ex ejusdem siquidem stirpis semine utraque, tam spinosa quam non spinosa nascit, spinosam descripsi, quod ea maximè cum delineau-

Scolymus Theophrasti non videtur.



tione Theophrasti conveniat. Non spinosa folia fert aculeata familia, nullis aut omnino paucis spinis obsita. Differunt nonnihil cinarae capitum forma & magnitudine. Nonnunquam enim in gracilecentem metam erigitur: nonnunquam in compressiore & rotundiorem globum extuberat, laminis interdum arctius compactis: Capitum squamæ nunc virides, nunc pallentes, nunc subrubentes in aculeum desinentes, nunc brevem, nunc robustum, nunc infirmum, eumque in aliis sursum erectum, in aliis deorsum inclinatum, nunc propè nullum. Est quedam capite maximo & pingitur sub cinara, maxima Anglica; Datur & Boloniensis, semine è Polonia allato natæ; foliis minus aculeatis. Alia Genuenium vocatur, squamis circa latera inæqualibus, & aculeo infirmo. Illud quoque peculiare, habent capita, quæ recisa succū fundunt paucum, fuscum. Hæ sola ex omnibus folio spinoso plantis (quod & observavit Theophrastus) capitulum habet umbilico carnoso, minimè spinoso, etiisque admodum grato: quandoque etiam totum capitulum nullis est armatum spinis, quibus carebit, si cacumina semiñū confracta terræ mandantur, hoc observavit Cassianus Bassus libr. 12. cap. 39. *δίκαια οἱ ἀκανθῶν ποίησις τὰς αὐτὰς* (ita in MSS. legitur, *ιδε ταῦτα τὰς αὐτὰς τὰς αὐτὰς τελεῖται*). Sine spinis autem producentur, si cacumina seminum hebetaveris ad lapidem defricta. Eadem de carduo Palladius, cujus verba à libro citantur. Nihil impedit, cinaram esse scolymum Theophrasti, quod Plinius tradit, eam intermedios aculeos florem emittere. Nec respondebo, utrumque scolymum confundere Plinium, sed singulas squamas quibus compingitur capitulum, in aculeum desinere, vel parte suprema spinosas esse, ideo etiam Theophrastus *τὸν κύνον τὴν οργανην* dixit. Squamis his se se pandentibus flos sequitur, quæ undique spina cingitur, quæ in extenso cujusque est squamæ. Hanc ob causam Plinius inter medios aculeos florem ferre purpureū, id est, ex subcæruleo purpureū, dixit. Foliorum pediculi, terra obruti, candidi, à cuto emundati, hyeme crudi cum sale & pipere in cibos veniunt: Rádices quoque habet cibo idoneas, hyeme in eunte cultis mangonio candidas, teneras & amaritudine erutas reddunt, ut hybernis mensibus cibus gratius admittantur, & salis, & piperis polline secundis mensibus edimus, magno gula delectamento, nam sapore suo amariuscuso, palatum & linguam vellicatido, asperiusculum reddentes sitim inducunt, & post illorum esum sapida sit potio, quod notavit Columella.

*Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho
Potanti veniat.*

Theophrastus

*Sκιδναται ὡς γύρεια κατεψυχήσεως αἰκάδῃς,
Ut marcente leves pappi labuntur acantho.*

Γύρεις, λέγεται η ταῦτα καταγόνων ἴσχυος, ἀκαρδίσθις δὲ ἐστι. Idem
in Alexipharmacis,

Οἰδὲ δὴ γέρεα νέον τε Θρυμένα πάππου

Ἡρ' ἐπιτωλαί ζοντες Διογένειοισιν αἴελλας.

*Ac velut, excussi volitant per inania pappi,
Et vento diversi abeunt.*

Γένεσις, inquit, εἴ το φίεται καὶ τόπος ἡ γλυκύμ, οὐ αὔξεταις αὔξεταις οὐδεῖς γῆραις εἰς τὸν αὐτὸν τόπον τὴν γῆν πολυειδήν, (ita scribe; vulgo sine sensu πολυειδήν) Carduorum flos albus & incanus. Probabile, omnium carduorum pappos γῆραις vocatos fuisse. τῆς κινάζεται mentio tantum fit apud Dioscoridem libr. 3. cap. 10. ubi de Chamæleonte agit albo. Κανέλλος εἰς την ιχεῖ, ἀλλ' ἀφίστας τὸν μίσθιον ἀπαλλαγήν οὐκονούσιον διελαστικόν την παραγεται. Hunc locum sic vertit Plinius libr. 12. cap. 17. Sed mastice quoque gemina est, quoniam ἐστιν in Asia, Græciaque reperitur, radice folia emittens, ἐστιν carduo simile malum, seminis plenum, lachrymaque erumpit incisa parte summa, ut vix à vera mastice discerni queat. libr. 9. hunc Plinius locum examinabo. Τῶν κινάζεται carduum vertit. Supra notavimus, τὴν πολυειδήν sic interpretari eundem; ergo scolymos Theophrasti & cinara una eademque planta. Eleganter cinaram delineavit in hortulo Columella.

*Hispida ponatur cinara quæ dulcis Iacobus
Potantis veniat, nec Phœbo grata canenti:
Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo,
† Myrtiolo modo crine viret, deflexaque collo
Nunc adoperta manet, nunc pinea vertice pungit,
Nunc similis calatho, spinisque minantibus horret,
Pallida nonnunquam † tortos imitatuy acanthos.*

Elegans legitur epigramma γειθῶν, οὐ κίνησις, quod
hunc apponam.

Ἐγκέφαλον Φορέω κεΦαλῆς ἄπει, εἴμι δὲ χλωρή
Αὐχένος ὡς δολιχοῦ γῆθεν αἰερομένη.
Σφαιρίν δ' ὡς τύπερ αὐλὸν εἴδομα. Η ἡ μαστίγης
Ἐνδον ἔμων λαζονῶν, μήτε Θέχω πάτερ.

'Εγκιφαλον vocat, quo vulgo vescimur. Dicit κιφαλὸς ἀπε fine capite, cum κιφαλὸν in carduis vocet Dioscorides, quod in summo caule σφαιρωδὲς est. σφαιρός epigrammatis auctor vocat. malū cardui Plinius. Semen porro quod intus est, pater est matris. nam inde planta seritur & nascitur.

'Hic, &c.] Iēm dicitur, quod quibusdam in locis īzō, hoc est, viscum, ad ejus reperiatur radices, quo pro mastice utuntur mulieres. Tū iēlū doctissimus Gaza nullo exemplo in carduum pineam transformavit. ī olī iēm, inquit Theophrastus oī φύτευ πολλάχου. Emendant, φύτευ μ̄ οροις πολλάχου. Hanc excogitarunt emendationem, ut chameleontē Theophrasti & Dioscoridis album & iēlū, eandem probarent plantam. Tradit enim Theophrastus, chamæleonem album ubique nasci. Vide lib. 9. cap. 13. Iēm tamen Theophrasti, & chamæleon planta diversa est, ut mox dicam. Vera & genuina lectio; ī ολίξην oī φύτευ πανταχοῦ. Plinius libr. 21. cap. 16. Helxine (vide quæ capite præcedenti dixi) rara visu est, neque in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua veluti malum extuberat, contum sua fronde, hujus vertex summus lachrymam continet, jucundi saporis acanthicen mastichen appellatam. Legendum ergo, oī φύτευ πανταχοῦ. Ex eodem quoq; Plinio probatur, Theophrastum scripsisse, καὶ τοῦτο εἴη ī ἀκαδημίᾳ μαστιχ. Porro idem Plinius libr. 12. cap. 17. herbæ meminit in Asia Græciaque nascentis, quæ incisa mastichen reddit, hæc vel ixine, vel similis omnino, sic ait. Sed mastiche quoque gemina est: quoniam ἐ in Asia, Graciaque reperitur herba, radice folia emittens, ἐ carduum similem malo, seminis plenum lachrymaque erumpit incisa parte summa, vix ut dignosci possit à vera mastiche. Herba hæc, cuius nomen retinet Plinius, iēm est Theophrasti, & chamæleon iēas Dioscoridis. Disputant acriter viri magni, utru iēm quam hoc describit capite Theophrastus, & chamæleon quem delineat lib. 9. cap. 13. sit una eademque, an vero diversa planta? Deinde an iēm Theophrasti & chamæleon iēas Dioscoridis sit? Postremo, an ixine Theophrasti, & chamæleon ixias Dioscoridis, sit ixia cuius idem Dioscorides meminit lib. 6. in præfatione, an vero chameleontis nigri radix ixia? an ab utroque planta diversa? Ad primum dicendum: tū iēlū & chamæleonem Theophrasti album plantas esse diversas, quod de utraque tanquam diversa Theophrastus agit. Chamæleon, ut docet noster Philosophus

Philosophus, ubique nascitur: contra ixine, haud multis locis provenit. Neuriquam, ut dixi, corruptus Theophrasti codex. Vulgatam lectionem defendit Plinius. Sed ponamus corruptam, legamus ut volunt, nondum tamen chamæleon albus & ixiæ eadem planta erit. Ixiæ lachrymam emitit, quod non facit chamæleon, ejus enim meminisset Theophrastus. Idem etiam ni diversæ forent plantæ, chamæleontem ixinem vocari tradidisset, maximè cum à quibusdam arguitur nuncupari referat. Venio ad alteram quæstionem. H ixiæ prima fronte à chamæleonte albo Diocoridis diversa videtur planta, cum tamen eadē sit. Describitur à Dioscoride libr. 3. cap. 10. Χαμαιλιον λαβητε, ιξια τοῦτον εὐδαίμονα. διὰ τὸ ποτὲ τόποις ιξια σέλειον ἔστε τοῖς οἰκίος αὐτῷ, ἢ καὶ ἀνὴρ μαστίχης χρῆσθαι εἰ γωνίας. Ιξια φύλλα ὄμοια σιλίφης ἢ σπολύμων. τρεχυτερούσι δὲ τὸ ιξια πέρας ἐπιχειρήσις θελαστικής οὐκέτι μάστιχης. καλὺν δὲ στοὺς ιχεῖς, ἀλλὰ αφίσιν εἰς τὸ μέτρον ἀκαθαρτούν, ὄμοιαν ιχίων θελαστικής η̄ κινητού. ἀνὴρ δὲ πορφυροειδῆς, ἀλλατιερ τελέχεις ἐπιπτονυμόριας. καρπού δὲ κινητού τοῦ θελαστικού. ιξια πρὸ τοῖς θελαστικοῖς πολλοῖς ταχιστοῖς λόγουν διὰ βάσιον, οὐ παραμετίζοντα, βαρύστερον, γλυκερόν. Chamæleontem album ideo ixiam vocarunt, quod quibusdam in locis, viscum ad ipsius radices inveniatur, quo etiam pro mastiche utuntur mulieres. Folia habet silybo, aut carduo simile, sed chamæleonis nigri folia asperiora, acutiora atque validiora. Caulem non promit: verum ex medio spinam echino marino, aut cinara similem erigit: flores vero emittit purpurascentes, capillorum figura, qui in pappos evanescunt: semen cnicis simile: radicem in lati quidem collibus crassam, in montosis vero graciliorem, in profundo album, aliquatenus aromaticam, odore gravi, dulcem. Chamæleonem album, ixiæ vocari tradit, & rationem cur sic vocetur reddit. Plinius lib. 22. cap. 18. Chamæleontem aliqui ixiam vocant. duo ejus genera. candidior asperiora folia habet: serpit in terra, echini in modo spinas erigens, radice dulci, odore gravissimo quibusdam in locis viscum gignit album, sub aliis foliorum, maximè circa canis ortum, quomodo thura nasci dicuntur, unde ιξια appellatur. bac ut mastiche utuntur mulieres. quare ιξια vocetur, varietas foliorum evenit. mutat enim cum terra colores, hic niger, illuc viridis, alibi cyaneus, alibi croceus, atque aliis coloribus. Postremum de nigro chamæleonte Dioscorides. idem album tantum ixiæ vocari auctor est. Puto scripsisse Pliniū, chamæleontis duo genera. Candidior, quem ixiam vocant, asperiora folia habet, &c. Ixian vocari tradit. Dubitavi aliquando, utrum apud Diocoridem pro ixiæ; ixiæ reponi deberet, sed Plinius contrarium docet: Idem facit Hesychius. ιξια πόνηται η̄ ιξια. Galenus in glossis, folia chamæleontis albi sic vocari auctor. Ιξια φύλλα (melior lectio ixiæ φύλλου) η̄ λόγῳ ξαμαιλιον. Quorundam Doctilimorum virorum sententia est, ixiæ vocari spinam eam, quæ viscum illū producit; at ubi eum non profert, non esse ixiæ, nec ixiæ est, ideo a chamæleonte separari, quod non ubique chamæleon mastichen illam generet, sed certis tantum locis. Ideoque ixiæ tantum dicendum ixiæ, ubi ixiæ emitit; quando vero non producit, οὐκέτι dici. Sed alia est differentia inter chamæleontem Theophrasti, & ejusdem ixiæ, ut paulo infra dicam. Carolina, quam chamæleontem afferunt, nusquam gummi emitit. Contra ex ixiæ ubicunque nascitur, viscus manat. Φύλλα ὄμοια σιλίφης η̄ σπολύμων τρεχύτερος: Malè in Aldino παχύτερος. Vulgatum Oribasius & Serapio defendant. Καυσὸν ἡ τοῦ ιξεῖ, &c. Dioscorides caule carere tradit; verum caput statim è medio proferre, echini modo, aculeis munitum, cinara simile; hic est περιεμπατης ἀγρος, mali specie, quod totum foliis occultari Theophrastus refert. Ex illo capitulo summo lachrymam viscum emittere hic docet. Plinius sub alarum foliis, quia folia hunc verticem abscondunt, unde viscum prodit. Dioscorides περιεμπατης, ad radicem viscum proferre tradit, quod verū est. Caule enim caret, & in terra serpit, & à radice statim capitulum illud tollit foliis contectum; Quin & η̄ φύλλου esse; idem narrat Theophrastus. Sic conciliandi sunt illi auctores, qui alioquin contraria tradere videntur. Ομοιαν ιχίων θελαστικής η̄ κινητα Plinius; quoniam ιξια in Asia Graecia que repertur herba, radice folia emittens, & carduum simile malo, seminis plenum. η̄ φύλλου vertit radice folia emittens. Quod sequitur, & carduum simile malo, corruptum: Antiquus codex, & carduum simile a seminis,

plenum lachryma: quæ erumpit, &c. Scribe ex Dioscoride, & antiquo codice. Et carduo simile malum, seminis plenum, lachrymæque, quæ erumpit, incisa summa. Carduum vocat κινητα. Huic simile ferre fructum five spinam chamæleontem album, tradidit Dioscorides, Αλλα άφινον εἰς η̄ φύλλου η̄ φύλλου η̄ φύλλου η̄ φύλλου, Theophrastus vero, περιεμπατης ἀγρος η̄ φύλλου η̄ φύλλου habere ixiæ tradit. Ex utroque auctore, vel, ex tertio habet Plinius, malum carduo simile, seminis plenum. Nam & carduus, hoc est, κινητα pomum habet squamatim compactum, quod caput η̄ φύλλου Belgæ vocant. Lachrymam, inquit, erumpere parte supra incisa. De incisione nihil Theophrastus, nihil Dioscorides; Inciso malo viscum emanare non nego, sed & sponte, non læso pomo erumpere, ac circa radicem five caput concrescere experientia docet. Ceterum utrū legas, & carduo simile malum, seminis plenum, lachrymæque, quæ erumpit, &c. an carduo simile malum seminis, plenum-lachrymæque erumpit incisa, &c. perinde est. Utraque tolerari potest. Αἴτη η̄ περιφυσεῖδι. η̄ φύλλου τελέχεις η̄ περιπτονιμίας. Vox η̄ περιπτονιμίας non aliò referri potest, quam ad τελέχεις. Sed jam absurdum erit, quod ait Dioscorides. Non enim capilli, cum tenues jam sunt, in pappos iterum abire posse, ut vulgata habet lectio, veluti capilli pappeſcentes. Corruptus ergo codex. Scribe η̄ περιπτονιμίας ablato σ, neutro genere, ut verbo αἴτη respondeat, ut sensus sit, Flores vero emittit purpurascentes, capillorum figura, qui in pappos evanescunt. vel flores purpurascentes & pappeſcentes ut capilli; capillorum scilicet modo tenues & divisos esse, adeo ut pappos videantur, & tales quidem proferre ixien docet experientia. Antequam ad tertiam veniā quæſitionem, dicendū, Plinium quatuor locis diversis ixiæ facere mentionē, & quod maximè mireris, in hisce cunctis quasi de diversis spinis herbisq; loqui, quum una eademque lib. 12. In Asia Graeciaque inveniri scribit herbam quæ mastichen fert. Lib. 22. refert ixian chamæleontem viscum gignere album. Rursus lib. 12. helxinen narrat summo vertice continere lachrymam jucundi odoris. Deniq; mastichem cardui sylvestris odorem oris commendare ait. libr. 20. c. 23. Sed aliam lectionem editi codices habent, aliam scripti. Editi, manducatus carduus, odore commendat oris. Antiquus codex; manducatus carduus, hic odorem commendat oris. Aliam teste nobiliss. Salmasio scripti lectionem habent. Optimus Vigaltianus. Mastethe carduus odorem commendat oris. Unde verissima emendatione lego, Mastiche cardui odorem commendat oris. Vel etiam, mastiche cardui sylvestris; scriptum erat, cardui, id est, cardui sylvestris. Eam lectionē mihi confirmavit Apulejus meus, qui habet, mastiche carduus oris commendat odorem. Tot modis variam existimat herbam, ex qua mastiche, quot auctores, qui aliquid de illa retulerunt. Venio ad tertiam quæſitionem. utrum ixiæ, cuius mentionem facit Dioscorides, in præfatione lib. 6. sit ex genere chamæleontis. Hujus meminit Nicander in Alexipharmacis.

Ιξιόν δέ σε μή πιδόλω τοῦ θεραπεύειν πάντα
Οὐλοφόνον λήστειν, οὐ τὸν ακμοειδές οδηδέ.
Τοῦ μὲν τοῦ γλώσσης νέατο τρεχύμητα ολκές,
Νέρζειν ταυφλεγέθων. τὸ δὲ οἱ ἐμπάτεται ηπορ
Λαυσητεῖς, γλώσσαν δὲ κατατέρειν κυνόδοντι.

Ne vero admotum labris fallare bibendo
Viscosum ulophonon, quod prefert ocima gustu.
Mox tumor & summam gravis inflamatio linguam
Accedit, cordis vires animisque recedunt
Tum linguam rabido laceratam dente remordet.

Hallucinantur, qui ixiæ εἰς chamæleontum classe existimant, non potest esse albus chamæleon; siquidem albi radix alexipharmacum est contra latae tineas, & in vino pota theriace contra venenata, testibus Nicandro, Dioscorideque. Utrumque chameonta luculenter in Theriacis describit Nicander.

Θεριζεο δ' αἰγιλέντει χαμαιλεον ηδε ὄρενόν.
Δηοὶ δὲ αἰμΦίς εὔστιν. οὐ μὲν ζοφούδελος η̄ αταλ,
Ηικται σκολύμων, τρεχέλω δὲ απεγένατο χαίτει,
Ρίζα δὲ οἰ βελαρής τοῦ αὐθελος. η δὲ ταῦτα κυημοῖς
Σκαποῖς εἰς τελέθει φυξήλιος η̄ η νεμέεστι.
Τὸν δὲ ἕροτεν δήσις δει πεπλοιοιν αἰγιλέντον,
Μέσην δὲ κεφαλή Φύέται πεδίεστα μολούρη
Ρίζα δὲ τερεγήσα, μελίζωσε δὲ πάσιοιδη.
Τῶν δὲ κυανέον μὲν ανάινο. τῆς δὲ δέπο Φάρος
Δεσκαλιάτον ποταμοῖο πένην, οὐδάποτε περιέχει.
G g g Montanum

Montanum discerne, notaque chameleon alba,
Nam venit ambiguus, fuso niger ille colore
Nec scolymo ab simili, diffundit caule rotundam
Cesariem, crassa nixus radice nigraque,
Et solem vitans rigidis in saltibus exit.
Hic folio laetus tunc aperiore, caputque
Sesile demittit medio de pectore natum,
Albaque mellito radix condita sapore est,
Sed nigrum moneo fugias, pondoque recisam
Alterius drachmam fluviali dilue lympha.

Ex his sequitur, chamæleontem album non esse ixia. miserorum refugium, gummi sive viscum deleterium esse, radicem minimè. Sed nec gummi, nec radix odorem saporemque ocimi habet, ut libr. 9. pluribus dicam. occultum saporem amaro, & odore suavi est. chamæleon albus odore gravi, sapore dulci. Nugæ sunt, quod de visco tradunt. Testantur Bellus, Belloniisque, mulierculas Cretenses innoxie, & sine periculo illo uti. Præterea, succus ixias esse nequit, quod satis aperte Dioscorides & Nicander ixias, venenatam radicem esse scribant; hanc enim inter venenatas radices recensent. Nec nigri chamæleontis radix ixias; quod uno quasi spiritu utriusque ixias & Chamæleontis mentionem faciat Dioscorides. Ρίζα, inquit, σὺν χαμαιλέοντι, αὐχενίσιν. θεψία, ἐδαίσορθος, ixias, αἰσαρεσκόν τούτων, ιφήμενην οἴνοιο νέλαγην κυλοῦσι, οὐχὶ τὸν Κοκκιδίον γίνεται.

Quod si una eademque radix esset, scripsisset, πίζαν οὐχι μαλιάν ὁ τὸ ιξία, ut de ephemero scribit. Neuter ergo chamæleon ixias. Vide plura de hac quæstione libr. 9. cap. 13. Iēm videtur planta, quæ à Nobiliss. Fabio Columna lib. 1. de plantis minus cognitis his ferè verbis describitur. Huic descriptioni magis accedere videtur planta illa Citrinolæ frequentissima, sterilibus devexis locis occidentalibus editis, ac etiam planis, purpurascente flore, capillari cynaræ æmulò; cuius effigies parum à vulgata carlina, pro chamæleone albo recepto distat. Hujus radix crassa est admodum & longa, foris rufescens, intus alba, οὐχὶ βαθύς, ut Dioscorides notat, lactescens, aromatico, gravi parum odore, non injunctivo, cerebrum petente: dulci sapore, edulis, quæ cum extirpatur, non potest illa adhiberi diligentia, quin minus vel fibrula aut aliquo modo non findatur; qua parte statim lac emitit in grumos ob viscitatatem concrescens, etiamque grumis hærentibus invenitur effossa circa summas radicularum soboles, ex qua fruticare observavimus, & in plantas plures dividii vetustate; in quibus singula capita orbiculata mali parvi magnitudine, singulis foliorum umbilicis hærentia inveniuntur echinata, ut in vulgata carlina, flore pallente, & humo hærentia. Huic vero spinosum caput, sive acanus (sic enim à Theophrasto appellatur spinosum caput carduorum) in quo flos concipitur, mi-

Ixine Fabii Columnæ.



nimè, ut in vulgari, à radiantibus foliolis illis, veluti corona dispositis inter caput, & folia magna circum datur, quibus caret. Nec floris umbo planus, atque depresso conspicitur inter pallentes barbulas illas magnas undique radiantes, illumque chrysanthemi ritu coronantes; ac elatior, tumescens, ruffas, minutæque barbulas, sive portius squamas, occultans; atque pap posus. Flosculi quidem in quinque partes singuli dividuntur, tenues admodum, ut capillares ferè videantur; non secus ac in floribus scolymi sive cinaræ, quibus similissimi effigie, colore vero non ita cœruleum imitantur, sed portius purpurascentes. Idcirco οὔτε τείχη εἰπούνται dicuntur. His marcescentibus, candidum pappum emittunt, interna semina singulis floribus subfidentia, ut in cynara, & acanaceis; verum oblonga, cinerea, splendida, non ut enī modo crassa, sed enī modo contenta & effigie. Iunio mense acanum profert, Iulio debiscere incipiens suave-rubentem canam lanuginem ostendit, quæ deinde Augusto extuberans, purpureo colore perficitur florescens: iterumque Septembri perfecto canescens pappo, & evolante cum semine. Folia huic pedalia, vel majora, magis profunda incisa, & spinosa vulgari; Scolymi sive Cinaræ similiore divisura; colore albicantia, veluti canescens, infernè hirsuta, quandoque virentia: in eruptis Majo mense observavimus, ut diversa videretur planta. In vetustioribus, & arescentibus rubentia, ut in cæteris plantis observatur. Quod autem planta hæc, ut ex Plinio colligitur, rubentia, aut cœrulea, variaque proferat folia, nondum compertum habemus. At non albo Chamæleoni Dioscorides hoc tribuisse videtur, cum in fine Chamæleonis nigri historiæ nominis ey-

mon, atque foliorum varietatem tradiderit, sicut in initio ejusdem nigri Chamæleonis historiæ; ejus folia & caule rubescere dixit, & nos ita censemus. Chamæleonis enim nigri umbellata coma, in aliis candicans, aliis ad cœruleum inclinans, aliis virescens, quod Eringii montano quoque evenit, ut nos in Apuliae Cirinola, ubi copiosè uterque oritur, reperitur, antequam flores dehiscere incipiunt: & folia quoque rubescientia, sicuti & caulem dodrantalem ad summum, etiam rubescentem, in aliis candicantem, aut virentem data opera observavimus. Objicebatur enim à Matthiolo, caulem huic plantæ non purpurascere, atque ideo præter cæteras notas, ut illi videbatur, Dioscoridis historiæ non respondere. At planta ab ipso proposta, nec supradictas notas, nec umbellam, nec flores Hyacinthinos proferre certū est, nec in campestribus, maritimis, siccis, clivosis, qualis est Apuliae Cirinola; sed in frigidis admodum humentibusque montibus oritur: & à vulgata carlina parum abest caule, ut per rique illam eandem esse cum humili non caulescente censuerint & ad eadem utantur: & nos congenitum illi esse testamur. Rustici armentorum duces gumi quod in acano, & inter spinosa foliola calycis manat, colligunt, ex hac in Apulia, & ex vulgari in montibus excelsis, frigidis, illudque appellant Cera di Cardo, quia concretum velati cera durecit, atq; ubi attrahendi opus sit, eo utuntur. Vix enim est planta cui sponte gumi hoc non hæreat, unicū saltē grumulum, quod Matthiolo tam ardū fuit reperire, ut nunquam in Italia se album Chamæleoni gummi manantem vidisse fateatur. Non secus ac viscum, dum recens est, adhæret, & in fila protenditur; colore candido, nā ex lacteo succo crescit,

"cit, & deinde collectum ceræ modo concrescit, constreñatumque inficitur, nigrescitque. Hanc plantam "in Apuliae Cirinola, & vicinis locis observavimus, ubi "niger simul inventur, Chamæleo verior, cæruleis floribus, albis intus staminibus, umbellam habens confer tam & latam, à doctissimo Maranta primum observatus; qui locis clivosis, lassis, campestribus, maritimisque, ut Dioscorides notat, oritur. Vulgarem verò Carlinam pallentem coronatoque barbulis flore, (non quidem purpurascen tem nostris regionibus, ut à plantarum auctore Lugdun. refertur, qui forsitan ipsa non vidit,) in Mateo Campocarentium monte, & Rascino Äquicolorū, aliisq; excelsis jugis, & Apenninis montibus sèpius observavimus. Nec verum esse animadvertisimus, vulgarem Carlinam, ut alii tradiderunt, caule carere, sed aliquando illum emittere. Quæ caulem habet, nunquam humilis est florida, ut vulgaris; at generere diverso folia profert, angustiora, virentia, magis que spinosa; florem in minoribus barbulis, illisq; can dicantibus; umbone intus flosculis purpuro rubentibus, quamvis antequam expandantur, lutei conspiciantur. Quod nisi quis animadvertisat, plantam observans, ad perfectionem usque diversas, judicabit easdem. Alias quidem luteo umbone parvo, alias purpureo rubente colore conspiciens: in ipsa etiam planta hoc inventiens. Plura namque capita profert, singulis caulibus quos plures emitit, singula proferens. Äquicolorum montibus, in quibus copiosè fruticabat, observavimus, atque capras hujus caulescentis plantæ capita mandere vidimus. Radix huic nigra erat, exesa, caulis pedalis, rubescens. Tota plata viñoso candido lacte manat disrupta, ut in vulgari humili, concrescitque gummi modo, odore nihil differens. Quare nō fallimur, deceptos illos putamus, qui eandem humilem Carlinam & caulescentem esse tradiderunt. Gummi etiam in capitibus hærens inventur. Nos autem congenerem esse dicimus, ac appinximus, è regione nostræ Chamæleonis imitaturum Echinum, demptis acanaceis foliolis illuminantibus, ut squamosa interna foliola, sive barbulæ, quæ florem continent calycis, sive cinara modo, ante oculos poneremus. Addidimus etiam flores distinctos, seminibus parvis insidentes, ac etiam grumos aliquod gummi concreti circa radicem excisam & derruncatam; ut omnia quam facillime considerari queant. Hujus folia naturæ luxu crispa, atque densa aliquando inventimus Majo mense Cirinolæ, prope Reguli vineam in editis illis locis; quæ ob humoris abundantiam, ut in aliis plantis evenire observavimus, etiam degenerant: & apud nos sicca, memoriae causa, servamus. colore purpuro-ceruleis floribus etiam depictum vidimus album chamæleonem, in antiquissimo herbario manu scripto Græcis literis majusculis, Alphabetico digesto ordine, coloratis iconibus; quod Neapoli in Sancti Ioannis Carbonariè nuncupati ornatissima librorum copia bibliotheca servatur, membranacea pagina extructa; quod nuper anno 1605. Neapoli prætereuntis observavimus, evolventes illud. Quare hic referre in studiorum gratiam libuit. Invenimus quidem & alia quædam nostræ sententiis, atque iconibus quodammodo congruere, tam ante à nobis Phytobasano editis, quam nunc hoc volumine descriptis, non sine animi nostri jucunditate. Restat nunc ad majorem hujus plantæ declarationem, ut doctissimorum, Matthioli & Marantæ controversias dirimamus. Non parum de hac disceptasse inter se videntur: quæ vero fuerit hujus controversiæ causa, paucis exponemus. Matthioli igitur albus Chamæleo depictus, cuius notas, ut solet in arduis cognitione plantis, omisit, illa eadem planta est, quæ vulgo Carlinea humili dicitur, excelsioribus, frigidoque montibus Neapolitani Regni frequens, à quibus utrinque flumina ortum ducunt, ad utrumque mare, Thyrrenum scilicet, atque Adriaticum decurrentia, tanquam è terræ continentis dorso elatiore, utramque plagam dividentibus. Flore prædicta est pallido, magnis barbulis, sive foliolis oblongis, levibus, nitidis, splendentibus, rigidis, obliquè radiorum ritu dispositis, ut in Chrysantemi flore observatur, coronato, umbonem depresso habente, minutis ac densis flosculis luteis constructo. Eandem plantam exactius depinere doctissimi viri, Rembertus Dodonæus, Lobelius, & Petrus Pena, itemque Carolus Clusius; Additis tamè floribus inter capitulum, sive Acanum & folia magna, humili jacentia plura intermedia foliola, tertia parte breviora, & angustiora, minusque incisa, quæ Acanum, si ve capitulum illorum positi undique radiante coro-

nare videntur. Quamobrem, planta hæc triplici radiorum ordine ornari videtur. Primo foliorum majorum, quæ humi sparguntur. Secundo foliorum, ut diximus, angustiorum, tenuum ac frequentiorum, quæ Acanum circundant. Tertio denique barbularum floris, quæ ex ipso Acano sive Echinato capite calicis vicem, antequam flos hiaret, explente, obliquè ac dense circum exerto conspicuntur, ex aculeatis admodum illis calycis foliis elatis florem sepientibus, radiantis pyxis diffigiem præferentum. Quæ vero à Maranta describitur non enim picturis usus est, illa eadem videtur, quam nos descripsimus, atque depinximus, foliolis illis mediis carens, atque barbulas occultans, quibus maximè præter floris colorem ab illa distat. Causa vero quæ Marantan ut Fuchsii depictū, Chamæleonē probaret magis videtur impulisse, quamquam illius etiam picturam arguat, illam nos fuisse censemus, quia Matthioli, & Fuchsii depictū chamæleonem album, eandem plantam exprimere voluisse censuit, quam idem Maranta in Venusino agro frequentem obvierat, Putans forsitan, alia ejusdem ferè effigie flore lutescente non alibi inveniri. Illorum quidem vitium fuit, notas omittere plantæ propositæ, atque Dioscoridis historia uti, qui purpureo flore Chamæleonem esse describit, ut Venusina erat. Sed heu humana camalitas! ea est hominum versutia, ut ne facile argui possent, ea quæ ab ipsis tamquam indagatoribus, commentatoribus, & expofitoribus, ut ita dicamus, necessario ad rei declaracionem exprimi deberent, silentio plerumq; involvantur, & occultentur, antiquorū verba supponentes, atque historiam, tanquam rei propositæ, aut depictæ congruentem, aliorum verba & dicta referentes, propria dicenda vero omittentes. Id etiam, ut brevibus aliorum verbis perquam Latinè loqui videantur. Non enim ex eorum scriptis colligere poterat privatam plantæ historiam ac differentiam, qui nullam expresserunt nisi Dioscorideam. Fuchsii quidem plantæ formam ex Dioscoride transcriptam apposuit; Matthiolus vero picturam tantum, & vulgo noram Italæ esse retulit. Quapropter, illorum Chamæleones purpureis esse floribus, ut à Dioscoride traditur, & ab ipso in Venusina planta observatum erat, eandemque illos exprimere voluisse fibi persuasum; in ea prorupit verba, ut Matthiolo picturæ tantum objiceret erratum, quod floris scilicet acnum statim supra crassam radicem apposuerit hærem, atque Fuchsii magis probandam potius iconem, quia non statim radici, sed illius adnatis elatum ab illa caput expresserit: verum & illum errasse, quia in illis surculis, caulis modo folia disposita hærere finixerit, ut caulis speciem potius, quam radicularum habere videatur. Veriorem vero iconem esse, ut ex crassa radice, ac veluti matre, aliæ radiculæ vel fiboles pullulent, quæ Græcis οὐρανοὶ dicuntur, in quibus capitula insidenter inter folia, terræ proxima. Vera quidem hæc est plantæ historia; nec similia objecisset, si ab illa diversas, illos depinxisse animadvertisset. At in quibus deceptus sit Maranta præter supra dicta, explicabimus. Doctus quidem vir, subtili, acrique ingenio fuit, & in stirpium observatione, iisq; in examinandis diligentia profecto admirabilis, ut ex ejus Methodi & Theriacæ voluminum lectione patet. (Utinamq; plures Marantæ nunc viverent.) Picturæ vero dignoscendæ, ac distinguendæ non admodum naturæ dote ornatum ex supra dictis suspicamur. Poterat quidem ex illorum iconibus & picturis satis animadvertere, ac putare illorum Chamæleones inter se diversos esse, ac etiam ab ea, quam ipse Venusino agro reperierat longè distare: atque non minus errare illos potuisse in illarum expressione, quam etiam diversas à sua voluisse exprimere, cogitare. Fuchsii quidem caulis, & floris effigie; Matthioli vero ex pyxidate, & barbulis coronato magno flore, ut etiam Fuchsii: quæ Venusina planta, & reliquis Apuliae locis prodeunte minime exeruntur, flore Cinaræ modo intumescente. Hæc si ex pictura noscere non ignorasset, non ea, sed quæ nos diximus, protulisse forsan opinamur. Verum non tantum picturæ inobservatione, ac earundem depictarum plantarum frigidis in montibus orientium ignorantie, sed potius, quia doctissimos illos viros purpureo flore, juxta Dioscoridis textum plantam expressisse firmissime opinaretur; non ab historia alienam. At quia locus est opportunus, non tacebimus; non minus naturalium rerum indagatori, ut perfectior evadere possit, disciplinarum scientiarum, linguarumque varietatem esse conquirendam, quam ipsam pingendi

"ac delineandi rationem, vel saltem illius quandam agnitionem. Non enim mente conceptis rerum historiis, ac earum differentiis, earundem idea veras effigies cipere potest picturæ disciplina penitus ignarus. Sicuti, "nec pictura expressas rerum icones, illas idea ad naturalem suum individuum aptare potest: nec earum differencias, & minimas quasque partes conferre & examinare. Quare illam nobis assequi peritiam necesse videtur: ut ex pictura, rem ipsam, idea videre putet, si cuti è contra re ipsa conspecta, eandem qua forma pictura exprimi debeant noscere satis calleat. Sic enim Maranthæ atque Mathioli supra enarratos lapsus profecto evitabit. Hac enim de causa doctissimi plerique Philosophi ac Medici simplicium medicamentorum cognitionem aspernere videri malunt, cum ad illos agnoscenda, atque examinanda naturæ defectu minus idoneos semetipsos sentiant, hac supra dictis idea carentes: quod si fateri velint, vera dixisse videbimus. Hæc profecto potissima ignorationis hujus Medicinæ paratis primariæ connexæ occasio, summo hominum damno, ut Medicorum quorundam proveniat superbia, ac invidia, qui ne ipso hac parte deficere videantur, illam spernunt veluti ignobilem. Sed unde Medicci dicuntur, nisi ab ipso medendi actu, in quo ille debitur Medicus, si locis contingat Pharmacopolis parentibus artem exercere? an ne verbis? an sufficiet, noscere morbum? Medici quidem nomine ex se ipso privari videbitur, tunc enim re ipsa medicamenta novis oporteri fatebitur. Sed hic tacendum. Nunc autem Mathioli contexamus errata. Primum est, quod planta illa pro Chamæleone depicta, omisis à Maranta objectis, non habet foliola illa inter media minora minutique incisa, ut supra retulimus; quæ aliis iconibus additæ fuerunt, & doctiss. Caspar Bauhinus in sua synonimis ornata Mathioli operum editione, expuncta illa Mathioli, Transalpinorum iconem apposuit, tanquam veriorem, animadvertis forsan etiam, quod in epitome Francofurtensi longè pessime effecta erat superposita. Secundum quod omisis Acani floris notis, tanquam purpureum florem proferentem plantam postoris impofuerit. Tertium, quod in Epistola libr. 3. ad Marantem, pictorem suum afferit, ex viva planta iconem defumpsisse, quam nos scimus, & reliqui, qui illum delinearunt ex Transalpinis, foliola illa inter media vivis plantis nunquam deficere florentibus, quin minus cum Echino reperiantur. Quod autem plantam à Maranta descriptam in plures processus radice divisa, in quibus aliquando singuli Echini singulis radicis adnatis infideant, minime impugnare voluerit, recte fecisse arbitramur, nam & in planta ab ipso proposita etiam evenit non raro, sicut etiam an sua Fuchsii planta depicta sit præferenda posteris judicium relinquere: quod recti animi signum est perspicuum. Fuchsii vero plantam, pro albo Chamæleone depictam, neminem hæsitare quidem censemus, quin illam eandem esse censeat, quæ Carlina caule habens, dicitur, ab eodem Matthiolo pro nigro Chamæleone depicta & proposita, nec non pertinaciter asseverata. Non possumus hic omittere, à plantarum Lugdunens. historiæ auctore ex eadem Matthioli notarum omissione florum Chamæleonis forsan cogitasse plantam illam purpureum habere florem, ac ita in sua historia addidisse, quod ni ita foret, aviditate flagramur Plantam similem conspectam habere; quam qui habuerit nos certiores facere ne dedignetur, summis precibus rogamus. Aliam Alpinus chameleontis ixines nomine describit plantam lib. de plantis exoticis primo cap. 56. ubi ait. Plantam integrum ex Creta accepimus pro legitimo Chamæleone albo. Quæ ab unica radice exit, foliaque numeroſa producit, longa, multa, simul à radice prodeuntia, ut digitus lata, in nervum acta, papyri seu cyperi foliis proxima, sed albidiora, duriora, latiora & levia, in quorum medio quasi abruptum caput acanaceum occulitur, spinis exterius longis, densis, in crucis modum actis, custoditum: intus vero lanuginem albam, densam, induratam, in qua & exteriis in eodē capita circā spinas, gumni parvum colore fulvescens, mastichi simile, odoratum, & calidi gustus inhæscens, cernitur. Radix vero crassa, ut pollex, longa sensim ac sensim gracilescens in extremumque in tenuissimam desinens, exterius fulvescens in nigrum inclinans; intus alba suaviter olens, servidi gustus, Carlinæ similis, ab eaque differens remissò jucundiorique odore. Hanc plantam video multis Chamælionem album creditam fuisse, quo nomine etiam ipsam nos accepimus, quam

tamen opinionē nunquam laudare potuimus, eo vel uno argumento persuasi, quod hæc planta neutiquam Chamæloni albo Dioscoridis conveniat, cum præsertim Chamæleon albus folia ferat syllo similia, sed asperiora & acutiora, & caput spinosum cinnaræ modo, radicemque habeat quadantenus aroma olientem, gravi tamen odore & dulcem. Nostra vero plana folia habet multa ab radice longa, parum lata, æquali cortice ac leni prædicta, nullis incisuris neque acuta, nec aspera, sed levia, & caput ferat, ut dictum est, foliis fere lati, exterius magno studio spinis pulcherrimis, atque longis foliolis, vestitum, quod gummi producit, non autem ex radice, ut de Chamæleone albo expressit Dioscorides, emanat, sed totum circa caput concrescit, scilicet, circa spinulas, caput echinaceum, vestientes, atque in suprema parte alba, ut ita dicam, papposa semina continente. Addo, hujuscem plantæ gummi non constare vim mortiferam habere, uti constat de gummi Chamælonis, quod jam Græci vocavere. Quod exitiale venenum esse Dioscorides expressit. Hujus plantæ pro Chamælione à multis creditæ gummi quod masticem simulat, mulieres Creticas mastiches loco dentibus atterere, Petrus Bellonius est auctor, & Honorius Bellus persuasus hanc plantam esse album Chamælionem in epistolis ad C. Clusium scriptis, recitat in Creta pueros hoc gummi ex echino legere & aliquantulum masticare, & postea digitis levigare, & complanare, complicatumq; in vesiculæ formam super alteram manum fortiter impellentes, edere. Hocque esse ludi genus pueris Cydoniis familiare etiam tradit. Quibus non levi profecto conjectura assequimur, illud gummi non habere facultatem venenatam, quod in ore libere absque ulla noxia dentibus traditur. Hinc etiam deprehenditur, hoc gummi ab ixia differre, quod circa radicem chamæleonis, quæ venenata est colligi Dioscorides auctor sit. Quod etiam liquido constabit, hanc plantam non esse Chamæleonom album, ut falso multis fuit persuasum, quæ igitur planta erit ni Chamæleo albus hæc sit? ea inquam, ut credidimus, de qua Theophrastus ita scribit, Carduus pinea haud multis provenire in locis potest. Est ab radice foligera, qua de medio seminalis a-

Carduus pinea Theophrasti cum radice
ab Alpino delineata.

Ixine Alpini.



Cardui
pineæ
figura
altera sine
radice.

canus, veluti malum extuberat, foliis nimirum occulta, hic lacrymam jucundi saporis parte profert postrema, quam spinalem masticem vocant. Nescio, an melius hæc planta à Theophrasto describi potuerit. Addo, ut magis pateat, hanc plantam non esse Chamæleonom albu, de hac planta ipsum Theophrastū, describentem ne verbum quidem, de ixia gummi fecisse. Aliqui credunt, ixiam gummi non esse propriæ nigra Chamæleonis, & non alibi, neque est ut putemus, quod aliqui bu%

"bus visum sit hanc plantam ixiae, venenati gummi, plan-
"tam à Chamæleone distinctam. Quoniam codex Græ-
"cus Theophrasti istiusce plantæ gummi, scilicet cardui
"pineæ ixinim habeat; ex quo aliqui hoc nomine decep-
"ti existimarent esse ixiam, de quo Dioscorides in sexto
"libro de materia medica inter venena comprehensa e-
"git. Namque si carduo pinea ixia esset, procul dubio
"haberet vim venenatam, cuius quidem expertem esse
"nuperrimè satis apertè deprehendi ostendimus. Neque
"potest esse, ut per cartum, pineam, Chamæleonem
"album, ut perperam (quia Græcus codex Theophrasti
"ixiæ habet) Dalecampio fuit persuasum, Theophrastus
"intelligi voluerit. Nunquam enim plantam bis Theo-
"phrastus describere consuevit. Etenim si hic Chamæ-
"leonem album descriptis, & de ipso egit, quam obrem
"iterum postea, quippe in libro nono historiæ plantarum,
"accuratissimè scriptis? & cur hic solummodo albi me-
"minit & non nigri, ut fecit in posteriori libro? Om-
"nes quidem consueverunt de albo & de nigro Cha-
"mæleone simul agere. quare hic non de Chamæleone
"albo, sed de alio carduo, quem cardum pineam Theo-
"dorus Gaza est interpretatus. Certe, ut eriam de albo
"Chamæleone dicam, suspicor absq; dubio Petrum Bel-
"lonium (qui dixit se vidisse juxta Idam montem in
"Creta verum Chamæleonem, & album, & nigrum, al-
"bumque habere radicem humanæ coxae crassitie, atq;
"apud nos nusquam hosce veros Chamæliones nasci,
"solummodo in Creta insula) deceptum fuisse, qui
"aliam profecto plantam pro albo Chamæleone viderit.
"Ad nos Ioseph Aromatarius Afisensis, juvenis doctissi-
"mus, ex Asfo monte missit, ni fallimur, legitimum Cha-
"mæleonem album, Dioscoridis descriptioni planè con-
"venientem; quo cognovimus, non differre album Cha-
"mæleonem à nigro, nisi coloris foliorum differentia;
"quoniam albus folia alba, niger, innigra habeat. Unde
"vulgarem Carlinam, ex foliorum nigro colore, nigrum
"esse Chamæleone non dubitamus. Quod cum sit ve-
"rum, cur & Bellonius, & Bellus, plantam carduum
"pineam à Gaza vocatam, quod nonnullas Chamæleo-
"nis nras habet, credidissent esse legitimum Chamæleo-
"nem album, que planta tamen folia non habet filibi, sed
"potius papyri, aut caricis, non aspera, non acuta, sed le-
"via, nullis spinis crenata: neque circa radicem lacry-
"mam fert, ut de chamæleone expressit Dioscorides,
"sed in capite. Et hæc de carduo pinea dicta sufficiant.
Haec tenus Alpinus. Reste negat, chamæleontem album,
& male ixia, Theophrasti esse contendit. Eadem, ut su-
"pra probavimus, planta chamæleon ixias, &
ixias Theophrasti. Chamæleon esse nequit, quod spinosis
careat foliis; eadem de causa nec ixias. Capite enim præ-
cedenti inter plantas spinoso folio recenset Philosophus
noster ixias. Quod de gummi, sive visco scribit, supra ex-
aminavi. Fallitur cum viscum chamæleontis venenatum
scribit. Longè alia planta ixias cuius venenata radix. Nec
hanc plantam Bellus Belloniusque chamæleontem Dio-
scoridis scripsierunt, sed quam doctiss. Fabius delineavit
Columna. De chamæleone hæc Bellus epistola prima ad
Carolum Clusium. Chamæleon albus, gummi, ut mastix,
ferens, copiosissimus est; radicem habet maximam, odo-
ratam: Iunio, & Iulio circa echinū gummi distillat, quod
pueri legunt, & aliquantulum masticant, postea digitis
laevigant, & complanant, complicatumque in vesiculae
formam, super alteram manum fortiter impellunt, ita
ut ex ista vesicula rumpatur, & crepitum edat: quo lu-
di genere, summopere pueri delectantur. Quod autem,
ut scribit Bellonius, loco mastichis id gummi atterant,
nondum scire potui. Nam hic Cydoniæ neque legitur,
neque curatur: Radices vocantur ixias. & sic quidem vo-
cantur, quod viscosæ sunt: κίνης Græcis gluten, unde
κίνης adglutino, glutine munio, κίνης glutinandi vi prædi-
tus, tenax. Et hæc de ixias, & chamæleonte ixias.

^Habent ^{ixias} κίνης καλουμένην, &c. Ita loquitur Theophrastus,
quod vox hæc Græciæ Barbara, planta vero peregrina.
Cur ^{ixias} dicatur, haud facile dixerim. An ^{ixias} quasi
^{κίνης}? ^{ixias} ^{κίνης} interficere, occidere, quod
pappi ejus noceant, nec periculo careant? Certe Diosco-
rides inter plantas tales, & pappos caucti recentet, lib. de
Alexiph. cap. 33. ^{καὶ τὸν οὐδὲ δοκιώτερον ἐπ' ὅλῃ βλάσπελον} colore ^{οὐδὲ καρδιόντος} τοποθεσίᾳ, τὸν αἰματίτερον ὃν εἴ τον ἄγαντον πί-
πατον, καὶ τὸ μελάνθινον, καὶ τὸ νιαζόντον πάππον. (vulg. codices cor-
rupti, habent, νιαζόντον. ^{άξων} ^{άξων} ^{εἰσιν}) ^{άριν} δὲ ^{ισχυρόν} αἴ-
χθης τὸν καλουμένην κάκτου. Neque vero negligenda, que pau-
lulum quidem nocere videntur; interim vero periculo non
vacant: quo in numero sunt sylvestris ruta, melanthium. &
recentes pappi, hoc est, flores spinae que cactus appellatur. Ita

Dioscoridem scripsisse ex Egineta probatur, qui libr. 5.
cap. penultimo scribit, ^{εἰς τὸν τόπον παραγόντας} τὸ μελανθινόν, & οὐ πάππον πάππον. ^{εἰς τὸν τόπον παραγόντας} τὸν καλουμένην κάκτου. An verò ^{κακτός} pleonāstico τό, quod κακτός malus sit, dici-
tur. Quæ enim nocent, mala dici possunt. Duplici enim
nomine mali nomen meretur. I. Quod pappos habeat
qui intro assumpti periculosi sint. II. Quod spinis acri-
ter lœdat. Si quis vocem barbaram, vel ex Latina cor-
ruptam contendere velit, non repugnabo. Sed alia vide-
tur sententia Athenæi, quam mox examinabo.

Tὸ δὲ φύλλον ^{κίνης καλουμένην, &c. c.]} Hæc corruptissima, nec
meliori sensu apud Athenæum leguntur. Athenæi verba
ex libr. 2. deipnosophist. Φανις δὲ σὲ πίμπηλον τὸν φυτόν,
κάκτου Σικελίαν πινε κακαθαῖδες φυτά, διὸ καὶ Θεόφραστος σὲ
ἴκτη φύλλον. Η δὲ κάκτος καλουμένη τὸν Σικελίαν μάρον, τὸ τῆς
Ελλάδος δὲ σὲ τὴν Αφίσην δὲ οὐδέποτε τῆς φύλλος καλουμένης ιπταμένης.
τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλάτον καὶ ακανθίδες, καλουμένη τὸν φυτόν
καλουμένης ιπταμένης φύλλον δέ οὐδέποτε μέρος, καὶ μικροὶ φύλλοι πάππης, καὶ
διπλοπουνέργουσιν αὐτοὺς εἰς ἀλμήν. ἕπερ δὲ καλοῦντος δέρην αφίσην,
διὰ καλοῦντος πλευρική, καὶ τούτη ιδεῖνται. τὸ δὲ τοποθεσίον αφίσης φύτε-
ται τὸ παπποῦν, ἐμφέρει τὸ Φοίνικος ἐγκιφάλην. ιδεῖνται καὶ τούτο
καλοῦντος δὲ αὐτὸν αποκαλεῖται. Ex Theophrasto Athenæus,
ut ex Athenæo mendosus Theophrasti locus corrigen-
dus. Scriptis Theophrastus, Αφίση γδὲ οὐδέποτε φύλλον τῆς φύλλος
καλουμένης ιπταμένης. τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλάτον, καὶ ακανθίδες καλουμένης
τὸν φυτόν καλουμένης. ιδεῖνται δὲ εἰς τὸν φυτόν φύλλον μάρον (mal. Ald.
Baf. φύλλον φύλλον) δὲ μικροὶ φύλλοι πάππης. καὶ ἔποντας ζάντον αὐτοὺς
εἰς ἀλμήν (male εἰς ἀλμήν Aldin.) ἕπερ δὲ καλοῦντος δέρην αφίσην, διὰ
καλοῦντος πλευρική γένεται δὲ καὶ οὐτῷ ιδεῖνται, πλάτον αφίσην εἰπεῖται,
τὸ δὲ φύλλον αφίσης τὸ τοποθεσίον αὐτούς εἰς ἀλμήν. ἕπερ δὲ καλοῦντος
δέρην αφίσην διὰ καλοῦντος πλευρική, διὰ πούντον ιδεῖνται. (Theophrastus
habet, ζάνται καὶ οὐτῷ ιδεῖνται φύλλον αφίσης, πλάτον αφίσην εἰπεῖται, τὸ δὲ
φύλλον τὸ τοποθεσίον τοῦ παπποῦν, ἐμφέρει τὸ Φοίνικος ἐγκιφάλην:
φύλλος, ιδεῖνται δὲ τούτο, καλοῦντος δὲ αὐτῷ αποκαλεῖται. Phanias libro
quinto de plantis, cactus Siculan vocat, spinosam quandam
plantam, ut & Theophrastus libro sexto de plantis: quam
cactus nominant, inquit, in Sicilia tantum vistur, in Gre-
cia nusquam: peculiariis huic & ab aliis diversum, quod stan-
tim à radice caules emittat, foliaq; humi strata spinosa. Ca-
ules cactus vocant, in cibo gratos si decorticentur, non nihil
subamaros, quos muria condunt, & inveterant. Præter eos
alius quoque rectus assurgit caulis, pternica nominant, in ci-
bos expeditus, sed qui servari non possit. fructus, qui semen
ambit, acani figura detractis pappis tenellisque seminibus e-
dulis est, & palmæ cerebro simile. (male vertunt, gustu qua-
lis est palmarum cerebro. Degustu nihil Græci auctores,
ut infra dicam) ascaliam vocant. Verrit & exscriptis hunc
locum Plinius lib. 21. cap. 16. Et Cactus quoque in Sicilia
tantum nascitur, sive proprietatis & ipsa, cuius in terra fer-
punt caules à radice emitti, late folio & spinoso, caules vo-
cant cactus, nec fastidiunt in cibis inveteratos quoque; unum
caulem rectum habent; quem vocant pternica, ejusdem sua-
vitatis, sed vetustatis impatientes; semen et lanuginis, quem
pappon vocant, quo detracto & cortice teneritas similis cere-
bro palmæ est. vocant ascaliam. Hæc examinabo. Caules
protinus à radice inquit habere inyeccio, id est, in terram
repentes, humi prostratos. Malè audit doctiss. Gaza, quod
in terram repentes vernerit, cum in terram vergentes, inter-
pretandum esset. Certe Theophrasto, quatenus ego ob-
servare potui, semper inyeccio significat, ut vernerit Gaza,
humi repens, vel prostratus. Supra inyeccio καλαμον dixit a-
rundinem, quæ per humum serpit, nec attollitur in aërem
subrecta. Nemo ignorat, chamephytos cauliculum hu-
mi prostratum esse. Hunc Theophrastus libr. 7. cap. 8.
ubi de caulinum differentiis agit, inyeccio καλαμον dicit. Ibidem

quæ *ιππειοκαλα* sint docet, *μη οχοτε δε που αφεντιστων ιππειοκαλα*. Vide locum, vide annotata. *Folium*, inquit, *babere spinosum*. *Κακός*, plantam spinosam esse veteres tradunt omnes. Theocritus Eidylio 10.

'Αλλ' ἵσσολεπη,
"Οσπερ ὅτις ποίμνας τὰς τὸν πόδα κάκις ἔτυψεν.

Sed relinqueris
Quemadmodum ovis à grege cuius pedem cactus punxit.

Philetas Cous, antiquus Poëta, cuius versus apud Athenaeum reperiantur lib. 2.

Γηρύστιο δὲ νερός χρόνῳ ψυχλιὸν ὄλεσσι
Οξείης κάκτου τύμβα φυλαξαμένη.

Et lamentetur qui perdidit hinnulus auram
Pungentis cacti, vulnera dum metuit.

Hujus distichi sensus est, hinnulum, sive hinnuli ossa, ad tibias esse apta, si modo dum viveret, sedulo prospexit, ne à cacto sauciaretur. Refert Athenaeus libr. 4. veteres ex hinnulorum, hinnularumque ossibus tibias fecisse, has reperiisse Thebanis, & ab his accepisse reliquos Græcos. Θεοφραστος δὲ λέπια φυτός εἶναι Ιούνος τὸν κακόν καλῶν κακούσας Καρδιος αὐλόν. Tibiam quæ paratur ex cruribus hinnuli, à Thebanis repertam fuisse tradit Iuba. Horum opinio fuit, ossa hinnuli inepta facienda tibiae, quem cactus vulnerasset. Hesychius; Κακός, ἀκατονός εἰσι τὰς τάλαντας εἰσεγένεται, αἰρεταὶ ιχεῖ τὰ δράσια σιναῖσιν. Cactus spina est, à qua si ledatur hinnulus, inurilia ad tibias ossa habet. Lamentatur hinnulus ergo mortuus à vulnere cacti, quod ossa ejus inepta sint ad tibias. Atque hic versifici sensus. Spinosa ergo planta cactus. Cæterum Theophrasti verba, quibus folia & caulem describit, admodum corrupta & lacera esse ex Plinio & Athenæo constat, restituenda eadem, quo dixi sensu & methodo, ex iisdem probatur. Καὶ θονευτοῦντος αὐτὸς εἰς ἄλμην. Plinius vertit, *Caulē vocant κακτούς, nec fastidiunt in cibis inveteratos quoque*. Theophrasti, inquiunt viri maximi, sensus est, edules esse caules illos, detracto cortice subamaros, & muria condiri condique solitos; quia scilicet subamaris essent, ideò sale macerabantur, nec propterea aliter videntur edules fuisse, nisi muria domiti & macerati. Ita intellexisse Theophrastum, patet ex sequentibus illis: ἐπεργον δὲ κακτούς λόγοις, δὲ κακούσιοις πλείστα. γινεται δὲ κακός εἰδώλιος τῷ λόγῳ αἴσθοντος. Cæteri caules cacti non aliter edebantur nisi θονευτοῦντος, & postquam ætatem in sale tulerant, hic qui vocabatur pternix, etiam edebatur, sed αἴσθοντος. Ergo recens tantum mandebatur, non quia muria similiiter condiri non posset ac servari, sed quia recens melior. At Plinius hæc vertit: *Vnum caulem rectum habent, quem vocant pternica, ejusdem suavitatis, sed vetustatis impatientem*. Cur vetustatis impatiens? Nihil certe est, quod vetustatem ferre non possit, dummodo sale conditatur. Cur iste caulis in muria servari non queat, quum cæteri possint? Nihil sane rationis video. Sed verum est omnino quod suspicamur: quum Plinius totum eum locum de cacto in adversaria sua transferret, omisit, forte proprorans, ut sèpe fit, verba illa, εἰς ἄλμην, quæ calami acumen fugerunt. Nobis enim constat, dum silvam sibi adscribendum compararet, omnia quæcumque apud auctores super unaquaque materie legebant, certis titulis assignasse, interdum serie alphabetica redigisse, herbarum, arborum, lapidum, pīcīum, & medicinarum ex iis nomina, atque inde sumpsisse, quum scripti manum admoliri cœpit. Cum igitur de adversariis locū illum transcriberet ac verneret, in eo videtur legiſſe tantum, sicut proprabundus scriperat, Εδάθιμος δὲ εἰς περιπολούς, μηδέ πατέσσει, εἰς θονευτοῦντος πρætermisſis illis, εἰς ἄλμην. Ideo nec illa in versione expressit, quum reddidit: *nec fastidiunt in cibis, inveteratos quoque*, quod alioquin, oportuit. Nec enim in veterari est, εἰς ἄλμην θονευτοῦντος, sed simpliciter θονευτοῦντος. Multæ herbæ reponuntur, ut in veterari posint, & vetustatem ferant, quæ sale opus non habent. Immo in veterari de his propriè dicitur, quæ servantur, & coniduntur absque adminiculo salis. Nam quæ veteratam ferre nequeunt, ea sale, vel muria condita sic servantur, quod αἴσθοντος Græci dicunt. Theophrastus θονευτοῦντος εἰς ἄλμην. Dioscorides ταχιδελεῖς αἴσθοντος. At in veterare simpliciter de iis quæ sine sale servantur uslparavit Plinius libr. 19. cap. 6. Quod si diutius allium cæpamque in veterare libeat aqua salsa, tepida capita in tincta sunt, ita diuturniora fient, melioraque usui, sed in sa- tu sterilia. A lium & cæpe in veterantur abque sale, sed

ut diuturniora fiant, aqua salsa unguenda sunt. Ita libri, non ut habent editi, intingenda. Hoc nihil ad ἄλμην, qua coniduntur herbarum multæ. Etenim aliae virides & recentes esui sunt: aliae reponuntur, & servantur ut siccæ usui esse possint. Sicca vocat Apicius. De siccis hæc: *La-saris radices, menta, nepeta, salvia, cupressum, origanum, &c.* Cepas & allia in eo albo recenser. Atqui in veterari hæc propriè dicebantur, quia non virides & recentes, sed siccæ & in veteratæ sumebantur; πυλανθήνας Græci de iisdem dicunt; alia porro in muria & acetō servabantur condita. Patet igitur, Plinium legiſſe in Theophrasti verbis θονευτοῦντος, non θονευτοῦντος εἰς ἄλμην. Ideo αἴσθοντος, vetustatis impatientem. Hactenus viri magni. Præter veritatem accusatur Plinius, nihilq; peccavit, quod ex iis, quæ dicturus sum facile concedes. Notat doctissimus Pintianus alter legi in Salmanticensi codice. In terra serpunt caules à radice emissi, lato folio & spinoso. Caules vocant cactos, nec fastidiunt in cibis in veteratos. Condunt muria. caulem rectum habent, quem vocant pternica. Scribendum reor; Nec fastidiunt in cibis in veteratis. condunt muria. Alium caulem rectum habent, quem vocant pternica, &c. Vide, & fer sententiā, utrum recte Plinius θονευτοῦντος εἰς ἄλμην rediderit. Considerare oportet, an auctoris, an exscribentis, an librarii culpa error contigerit. Hic exscribentis, vel librarii negligencia peccatum est. Præterea cum ait Plinius, vetustatis impatientem; illud ita accipi non oportet, quasi sale conditus, durare non possit, sed quod pristinam quam recens habebat suavitatem non servet. Hæc mens, hic sensus verborum Plinii. Nec fallitur Plinius, ut quidam afferunt, quod sui generis esse, & in Sicilia tantum nasci cactum scribit, Theophrastum sequitur. Εν τῇ Ελλάδι δὲ τὸν λόγον ἀλλα τοῖς τὸν Σικελίαν μόνον. Carduus Romanorum & cactus Siciliæ neutiquam res eadem, sed diversa. Non sequitur, cactus in Hellade non fuit, ergo nec cinara. Nec Græci vocarunt κακτούς, quam Siculi κακτούς, sed alibi quam in Græcia nascentem. Omnino alia planta, ut mox dicam, cinara. Sed de hac quæstione inferius. Pternica caulem cacti rectum vocari scribunt. An nomen illud accepit, quod mali calicem referat? πλευρα enim pars dicitur, ut scribit, Pollux, quæ in λανγάδαι aut λανγάδαι immittitur: An vero à dolore & fraude nomen accepit? Suidas, πλευρα δὲ λόγος, ιπτεντος, quod spinas habeat latentes. An πλευρα, quod verus sit caulis, ex πλευρα particula, & προσ. Πλ., non raro syllabica adjectio, facta per syncopen à πόπιτος. τὸν πλευρα ramus, καλλονέα caulis. Apud Theophrastum libr. 2. cap. 7. ιπτεντος φύτην. Vereor Siculum esse vocem, & δὲ κακούσιοις πλευρα cum scribit Theophrastus, non exponentum δὲ οἱ εἰ τῇ Ελλάδι, sed δὲ οἱ εἰ τῇ Κακούσια πλευρα καλούσι. Sequitur. τὸν πλευρα ποταμος εἰς τὸν αντίπερα, &c. Verit Plinius; Semen ei lanuginis, quem pappum vocant, quo detracito & cortice, teneritas similis cerebro palma est. Hæc vel insigniter depravata, vel lapsus vehementer Plinius. Theophrastus lanuginem quidem, quæ semen ambit detrahendam & abiciendam inquit, sed corticis nullam facit mentionem. Quid velit Plinius, non satis capio. Theophrastus κακούσιοις πλευρα, quos κακτούς vocant, decorticari scribit. Num igitur Plinius in vertendis Theophrasti verbis corticis detractionem, ubi necessaria erat, neglexit, eamque reposuit, ubi locum non habet? vel placet propter multiplicem vocis πλευρα significationem lapsum Plinum? Hæc enim, licet in omnibus eadem sit nominis ratio, tamen pro diversitate fructuum aliud atque aliud significat; fructus pars est, quæ semen ambit, adversus cæli, animaliumque injurias, in castaneis echinatus cortex, in juglande calyx viridis quo continentur nux, in frumentis gluma, in leguminibus liqua, in pomis pulpa & caro. Vide que lib. primo dicta sunt. Hesychius, πλευρα ποταμος exponit λίπεργον τοῦ οὐρανού πλευρα, ergo quod in fructu extra est, & semen ambit; hoc in aliis esui aptum, in aliis ineptum, pro natura & genere fructus. In κακτούς πλευρα non videtur pomum ipsum significare, sed extimum aliquem corticem, cum ipso pomo vel carne, vel sine eo. Nam pomum, sive potius caro quæ semen ambit, spinosa vix esse potest, verum cortex exterior qui circumdat carnem. Hunc extiorem ac spinosum corticem Plinius cum papposo semine detrahendum & abiciendum scribit. Quod non est præter rationem, quamvis id vel non scripserit, vel expisserit Theophrastus; qui non vult edulem extimum spinosum corticem, sed pomum, sive carnem quæ interius continetur, ac etiam πλευρα dicitur quod semen ambit. Palmæ cerebro similem huic teneritatem ait esse pappo & cortice detracito. Hoc excusari non potest. Εὐ-φρατης dixit Theophrastus, id est, simile, Ergo de forma, non qualitate accipi oportet. Male etiam Athenæi interpres

verit

veritatem gustu, qualis est cerebro palmarum. quod nec apud Plinium, nec Theophrastum habetur. Forma referre palmae cerebrum tradit Theophrastus. teneritatem similem habere Plinius. Restat inquiramus, utrum cactos ad recentiorum cognitionem pervenerit. Omnes fermè uno ore clamitant, *κανάρη* & *cinaram*, sive articocam eandem esse plantam. Qui hanc probant sententiam Athenæi auctoritate nituntur. Tis oī πούρεις οὐχι περιόδευτος θερέων εἰπον τινὲς καὶ ἔνας ἔνας εἶναι τείτοις τινὲς δέοντας Ρωμαῖοι μὴ καλούμενοι, καὶ δύο (malunt alii κάρδου) οὐ μεταχέρηστοι τῆς Σικελίας: οὐδέποτε οī παῦντας τὸν Ἑλληνον καὶ σύρους οὐκαὶ οὐκαὶ τοῖς ἄλλοις. Ecquis his verbis persuasus confidenter non afferat, cactus hanc esse, quam Romanī brevi spatio à Sicilia divisi carduum (præstat cardum) appellant, Græci vero aperte *cinaram*? mutatis enim duabus literis cardos, & cactus idem fuerit. Duabus quoque litteris mutatis & transpositis, *plantago* fiet platanus, *poliū*, *porrum*, Apios tithymali genus, eru apium selinum, malva malus, lotus, morus, rubes, ribes. Inde ergo nihil concludi potest. Nemo præter Athenæum cactus & cardon Romanorum eandem dixit plantam. Fallitur etiam Athenæus cum scribit. *Kirage*, πεύκη Σοφοκλῆς in ηγελοις κήρας κηλοις, in οī φοίνις; *Kirageis* αἴτανοι πάντες τοιχίοις. γέλοις. Athenæi sententia est eam herbam, quain alii per vocant, Sophoclem per appellare, *κίραγος*. Et hoc quidem tam falsum, quam quod falsissimum. Contrarium docet Galenus, atque antiquos, inter quos Sophocles, *κίραγος* scripsisse *ἀλγή* & *καρδία*, suos vero æquales novitatis amore *ἀλγή* & *καρδία*, quod etiam velit nolit, fateri debet Athenæus. Vide quæ supra dixi. Cinarum carduum Romani vocarunt, quod vel ex Virgilio patet, qui versum Sophoclis in hunc veritatem sensum, *segnisque horret in arvis Carduum*. Cinarum Romanos carduum vocasse, ex Palladio constat, quide carduo eadem recenser, quæ de *κανάρῃ* Græci. Palladius in Martio tit. 9. *Mense Martio seruitur carduus. terram stercoretam & solutam diligit, quamvis in pingui melius possit provenire. Paulo infra. Si cactum seminū confringas, spinis carebunt. Hæc Cassianus Bassus, hæc Columella, ceterique de cinara. Ergo cinara, sive scolymus Theophrasti, carduus Latinorum. Videamus an cinara cum delineatione Theophrasti satis convenient. Cactum, inquit Botanicus noster, in Grecia non reperitur, sed in Sicilia tantum nascitur. Cinara tempore Columellæ Italæ satis familiaris. Sed hoc frivolum argumentum, & nullius valoris. Cactus statim à radice emittit κανάρους *ιπιζείους*, his caret cinara. Quod cum videret summus Botanicus, novam quandam vocis κανάρουs expositionem ex cogitavit. Quod autem (ait) de caulis scribunt, mox in terram à radice missis, qui esui sunt idonei, fortassis foliorum sunt costæ, quæ sublati utrumque foliosis additamentis (quemadmodum mensis inferuntur) caulem referre possunt. Nisi vel in Sicilia, ubi tantum Theophrasti ætate nascebantur, & caules quosdam *ιπιζείους*, sive *in terram procumbentes*, & alium rectum quoque proferat: postea vero in Italiano, aut Germaniam translati *ιπιζείους* illos emittere definit. Solum siquidem ac cælum ad stirpium mutationem plurimum posse, non modo Theophrastus auctor, sed & ipsa rerum experientia ostendit. Prudenter addidit vocem *fortassis*. Nam si has costas intellexisset Theophrastus, omnino absurdè scripsisset. *ιδίον παρεγγέλλεται* &c. Infinitæ plantæ tales costas caulinulosque ferunt, centaurium magnum, pastinaca, levisticum, hipposelinum. Præterea caulinuli hi, sive costæ, humi non procumbunt, nec per terram serpunt, sed eriguntur & attolluntur, nonnihil tamen curvantur; sed quæ curvantur *ιπιζείους* dici nequeant. Aliud curvari, aliud humi procumpere, ac per tellurem repere. Quod si in Sicilia tales caulinulos ferret, quales describit Theophrastus, jam dudum aliquis prodidisset, nec res hæc lateret Baptista Portam Neapolitanum, Botanicum summum. Caulem cacti rectum *ιπιζείους* scribit Theophrastus, cinarae ad tempus aliquot servari potest pristina bonitate præstantiaque. Cacti fructus tegumentum facie, inquit, acanacea sive spinosa, ut vulgo vertunt, talis non est cinarae, licet singulæ squamae in acutam definant spinam. Spinorum vel acanaceum caput dici non potest neque exceptis lanuginosis feminib[us] commedi solet, sed antequam in florem erumpat, semina ferat; nec recentes cinarae pappæ molestiam aliquam adferunt, ut de cacto tradit Dioscorides, & ex eo Egineta. His addo, quod vox cactus apud Tertullianum reperiatur, uti doctiss. monet Salmasius; qua is nunquam usus esset, si cactus Romanis carduus, vel Græcis cinara, dictus fuisset. Et hæc de cacto, planta hactenus incognita, exspectandum usque dum eam aliquis ex Sicilia mitrat.*

[τὰ οἰνοὶ τοῦτο τὸν κανάρην, &c.] Corruptus codex. Scribe, τὰ οἰνοὶ τοῦτο τὸν κανάρην ἔχοντα φύλλον, οἷον τὰ πικάντια φύτε, ὀνομάτε, τείβαλος: οὐ πόφιτος, μυλάκανθός τε σφόδρα, καὶ τὸ φύλλον ἔχει ταρκωδίας; Quædam vero præter spinam folium habent, ut pheum, ononis, tribulus, hippopoeos spinas gerit incurvas, folioque constat spinoso. Videat lector quæ lib. hoc 6. cap. 1. & 3. & lib. 4. cap. 11. de phleo & pheo dixi. Vocē παντιδεντος tanquam ipuriam rejici. Nemo, quod sciam, veterum ejus facit mentionem. Scriptis quis ad oram de tribulo & anoniide, παντικός φύεται, vel παντικός οὖσα, ubique reperiuntur; hoc cum virtutis receptum in textum, & inde nata vox παντιδεντος. Doctissimus Gaza καπτηρις legit. Hanc lectionem probare nequeo; quod cap. sequenti capparim & folio & caule spinosā scribat. Quod si quis velit παντιδεντος plantam esse, per me licet. Describitur ab Alpino planta gaidarothymo, cui præter spinam folium minimè spinosum. Attulit eam nobis Roma Martinus Blocklandius Medicus. Hujus meminit Honorius Bellus epistola 5. ad Carolum Clusium. Gaidarothymo planta elegantissima est, & prorsus nova, pedalis in orbem per terram diffusa, multis spinis sive aculeis horrida; folia longa, digitali magnitudine, aliquantulum angusta absq; petiolis proferens, quæ caules undique, sed inordinati ambient; caules quadranguli sunt, incani, quemadmodum folia, ita ut tota colore cineris appareat, ramos utrimque proferens figura quasi crucis, qui in spinas desinent, & in alios ramulos omnes dividuntur; spina quæ medium locum obtinet, majore aliis semper existente: flores salviae colore, magnitudine & figura similes profert, in hispidis quibusdam caliculis ternos aut quaternos simul junctos, quibus succedunt semina inæqualia colore nigra: perpetuo viret, & Iulio floret, totaque odore caret. Radicem habet magnam pro portione plantæ, & lignosam. Echinopoda mirum in modum æmulatur multitudine spinarum, sed colore tota alba appetet. Nascitur occidentali parte insulae circa pagum Sarda vocatum, qui triginta sex millium passuum distat à Cydonia, locis siccissimis, inter thymum & Thymbram, neque alibi vidisse nemini, ignorant prorsus antiquis fuisse credo. Vocatur à rusticis *παντιδεντος*, quod afinimum thymum sonat, licet nihil cum thymo commune habeat, nisi solū, in quo oritur. Sic Bellus. Hæc planta anno M.D.XCVII. satis frequens Clusio semine nata: quæ eo anno multis duntaxat foliis prædicta fuit incanis & lanugine obfitis, salviae minori non dissimilibus, nullo petiolo, aut eo brevissimo sultis, nec in caulem abiit. Omnes autem plantas, hiems corruptit, præter tres, quæ sequente anno caules protulerunt frequetes ab eadem radice prodeentes, sed facies valde immutata. Nam folia prioribus longè minora fuerunt, & omnes rami, qui in alios ramulos ex adverso semper nascentes finduntur, in spinas desinent, quarum media semper crassior & firmiter est. In ramulorum separatione bina semper natæ fuerunt foliola, thymbræ foliis æqualia serè, & incana. In firmioribus spinis circum medium nati sunt inter foliola singulæ duntaxat caulinuli, quinque laciniis divisi, Septembri mense, in quibus flos salviae flori non dissimilis, sed superna parte repandus & dilutioris coloris. Cum vête tardè admodum flores protulerit, semen ad frugem pervenire nequivit. An porro hanc plantam in proximum annum conservare possim, dies me docebit. Hæc verba sunt Clusi. Nobis altero à satione annos floruit, eodemque perierit, mense Octobri, aut Novembri initio. Clariss. Clusius in appendice ad historiam plantarum stachis vocavit spinosam, eoque descripsit nomine.

[μάκαρος, &c.] Vertunt, *spina murilis*. Supra notavimus, asparagum dici μάκαρος, sed asparago folium non est carnosum, nec folium aliud præter spinam profert, ut Theophrastus cap. 3. hujus libri tradit. Scribe ex Plinio ιπιζείος, μυλάκανθός τε σφόδρα ἔτερον φύλλον ἔχει ταρκωδίας. Hippopoeos spinas gerit incurvas, folioque constat carnosæ. Altera veritatis Plinius, libr. 21. cap. 15. Hippopoeos spinis geniculatum. Dioscorides inquit, vir magnus, παντιδεντος ιπιζείους hippo tribuit. Plinius legit παντιδεντος. At Dioscoridem non sequitur Plinius, sed Theophrastum, quod vel ex iis quæ præcedunt & sequuntur constat. Ea enim apud Theophrastum leguntur. μυλάκανθος δοῦλος μετὰ δictum imaginatus est, quæ vox ιπιζείους significat, vel os genu. Hesychius μέντη, οī ιπιζείους, ή σιαρός. Idem ων ιπιζείους, τὸ ὄστον τοῦ τε γένους, τοῦ αγρού πάλαισθε. Myle patellum, os quod genu operit, latum est & rotundum genu super impositum, à molæ asinariae similitudine sic dictum, quod rotundum sit. Sæpius apud Hippocratem vox hæc occurrit.

occurrit. Hinc Plinius, quod valde ineptum, spinis geniculatum hippopheo dixit. At μυλλάνως idem quod ονοδιαίως, quæ spinam habent incurvam, & inflexam hamistris, quæ hamatis & incurvis spinis armata sunt, μύλλας enim Græcis σκολιός, καμπύλος, Hesychius μύλλων, καμπύλων, σκολιόν, κυλλών τριβόλιτ, &c. Hanc spinam Meleager in corona, epigrammatum φορέσσοντες vocat.

Ἐν δὲ καὶ ἐκ Φορέης σκολιότερχος αὐτὸς ἀκαθέτες,
Ἀρχιπλόχου μικρέστερος τετράγυρος ἀπ' ὠκεανοῦ.

Totidem, inquit Clariss. Salmasius, floribus comparat in eo carmine singulos Poëtas, unde epigramma compilavit, & coronam suam contexit. Propter virulentiam & acerbitatem carminum, quod sumpsit ex operibus Archiloi assimilat flori herbae hippophaei, quam vocat οὐρανία.

τεχνα φορβιον. Nam φορβη est herba. Hesychius, φορβη βα-
niva. Latini antiqui dicebant *ferba*, ut *fircus*, *feodus*, ex
Æolico φιγην. Hippophaes flores habet racemosos, ut he-
dera. Ideo in corollis locum haud secus atque hederae
corymbi habuerit. Radix incisa succum fundit; nam ὑπέρθε-
eam scribit Dioscorides. Hinc μικρος σπάρσας ἀπ' αἰγαίου
Archilochi appellat, paucula excepta ē vasto oceano scri-
ptrorum ejus; & simul alludit ad naturam herbe, cui scri-
pta illius confert, quæ ὑπέρθεται, & ejus succus κατὰ σεργίσα,
guttatimque fluit. Αἴθος ἀκαρδίης, τὸ ἀκαρδίδης. Malè in mem-
branis ἀκαρδίης. Flos quidem ipse minimè spinulentus, sed
quia herba ipsa tota spinis horrida, ideo ἀκαρδίης ejus ἀκα-
ρδίης vocat. Mordacia porro carmina & dentata, qualia e-
rant Archilochi, ritè fulloniæ spinae comparat. Nam &
ακαρδίης & καρδίης, quæ propria sunt fullonum, Græci ἀ-
ντὶ Ελλήδος usurpant.

ΚΕΦ. Ε.

C. A. P. - V.

*De phleo, inturi, id est cappari. De tribulo, ejusque duobus generibus. De que
ononi, herba aculeigera.*

Phleum folio constat carnosō, multifidū, multasque radices habet, non tamē de-
tistirpsque est, non tamen altē descendit. Ger- minat cum Vergiliis, primoque aratro una, nec folia id dimittit. Non enim annum, sed diurnius est. \dagger Inturis præter prædicta, peculiare (ut retulimus) habet, quod & folium, & caulem gerit subhispidū, nec \ddagger phleum, & lappaginem æmulatur, quæ foliis mitibus constant. \ast Vnistirps, humile, humicaule est. Germinat, floretque æstate, & folium usque Vergilias viride perdurat. Gaudet locis arenaceis, atque tenuibus: cultis haud quicquam exire dicitur, cum apud oppida, & loca plana proveniat, non laserpitii modo apud montuosa. Hoc igitur minus verè putarunt. Tribulus vero peculiare sortitur, quod \dagger fructu aculeigerō constat. Ejus duo genera sunt. Vnus enim folio ciceris exit, alter \ddagger spinosus, foliatus constat: ambo terreni, atque multifidi sunt: \ddagger pheū, nec hippopœū, serius germinat, qui spinosus foliis est, & apud septa villarum is solet erumpere. Semen præcoquis, sese stat. mæ vicinum: serotini rotundum, nigricans, septem in siliqua. Atque ea quidem, quæ folio quasi orbantur, spinamque gerunt, hisce ferè constare animadvertisimus. Ononis ramis aculeigerum est, \dagger anno tantum perdurans, folio rutæ similis, sed per totum apposito caulem: ut veluti coronam ex intervallo tota species repræsentet. Florem minutulum, & in siliqua non undique septum edit. \ddagger Nascitur lento plenoque solo, & præcipue in segetibus atque cultis. Qua de causa agricolis inimica exit. Vivax admodum est. Cum enim altam nacta tellurem fuerit, protinus sua infima pellit. Et singulis annis, furculis in latus emissis rursus anno postero deorsum versus, \dagger pellere solita est. Effodienda tota exstirpanda que penitus est, quod solo madefacto agendum. Sic enim facilius interit. Nam si vel parvulum relinquitur, ex hoc assurgere iterum potest. Incipit germinare æstate, perficitur autumno. Ergo sylvestre genitius suffruticum intelligendum ex his est.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Oὐκ ἀφίσι οὐ τεθέντος τὸ Φύλλον. *Sic legi: non ē ἀφίσι ατ-*
que ita agnoscit Theodorus.
Μονόπηλον δὲ. *Theodorus unistirps. De hoc alibi.*
Καὶ ἐν συλλογισμοῖς τόποις. *Theodorus, loca plana: quia mox*
opposuit, ὑπερενθεῖ πεδίον itaque legit.
Ἐτ τῇ γεωγραφῇ, καὶ γεωμετρίᾳ. *Theodorus, lento, plenoque*

solo. *V*sitarius, *E*purius, *E*xactius: udo, l^et^oque
Ωδ^α n^ε κάνω δ^ηρις, Theodorus, protinus sua infima pel-
lit. Illico demittit radices.

Theodorus effodienda tota, extirpandaque est. Deest igitur verbum: aut mutandum, mutatur.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

